BIBL. NAZ
V. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
C
195
NAPOLI

9
6-1


Digitized by Google

Q. Vi.el.

95

Digitized by Google

Digitized by Google



Neapoli apud Iacobum Gaffarum Anno 1643. primum Neap. 1630.

Simplicius Caffarellus: Synodus Sacri Monasterii Cassinensis. Romae 1625 in 8.

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

598021

Digitized by Google

Il P. D. Oliviero Legipontio ha pubblicato quattro
Tomi in foglio dell' Istoria Letteraria dell' ordi.
ne Benedettino. Vita di Pasionei fol. 242.
Petrus Diaconus: De Viris illustribus Casinensibus,
cum notis Jo: Baptistae Mari. Romae 1614. in 8.
Ita in c. f. Ang. a Nido

Digitized by Google

ca021

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Haud ignarus,
Principem virum, vt emendatiſſimè viuat,
Niſi emendatam curet ſuorum diſciplinam;
Cenſeri vulgò, parùm viuere emendatè.
Aulam tuam, & aulicos qui viderit,
Aſceterium viderit, & Aſcetas:
Adeò ad viuum Heri ſui virtutem, ac modeſtiam
Exprimunt domeſtici tui, & expromunt.
Roma nil niſi magnum admirari ſolita,
Iamdiu in te habet, quod ſuis Admirandis adijciat,
Ætatis florem in florentiſſima fortuna,
Mira cum maturitate, & innocentia traductum.
Plura de te ne prædicem, tua me prohibet
Omni prorſus digniſſima prædicatione verecundia.

D. M. Antonius Scipio Placentinus Monachus Caſinas.

Digitized by Google

EMIN.MO AC REV.MO CARDINALI

FRANCISCO
BARBERINO
CONGREGATIONIS CASINENSIS

PROTECTORI.

D. MARCVS ANTONIVS SCIPIO PLACENTINVS F. P.

ELogijs meis, Cardinalis Eminentiſsime, ornatum, ac lumen, vel nuda nominis tui vmbra contulerit. Sub hac verò meas lucubrationes vt collocarem, non vna me cauſa permouit. Primò enim videbar, meo veluti iure, eius vti patrocinio, quem noſtra Sodalitas Patronum propè diuinitus adepta, Parentem quoq; feliciter experitur; cùm flagranti ſtudio, tùm iugi ſollicitudine, & indefeſſa cura commune bonum, ac

nomen totius Congregationis promouen-
tem. Deindè Caſinatis Cœnobij Patres, &
Vrbano Sacrorum Principi, Patruo tuo, &
tibi multis nominibus, arctiſsimè deuincti,
eximiæ Barberinorum humanitatis, ac be-
neuolentiæ erga ſe, publicum aliquod ex-
tare monumentum exoptabant; quorum
obligationi, ac votis, hoc opere, quod ipſo-
rum voluntate, ac iuſſu tibi inſcribitur, ſatis
per me vtcunq; fieri poſſe intelligebam.
Denique Elogia ipſa, quæ offero, non niſi
exquiſitæ pietatis, ac religionis Heroi debe-
bantur. Multi Caſinenſiũ Abbatũ (vti ad-
uertes) vixere in purpura: ſed ita vixere; vt
Romanæ purpuræ ſplẽdorem, atrato clau-
ſtri amictu, clariorem reddiderint. Te ve-
rò itidem Princeps ampliſsimè, in iſto di-
gnitatis Eminentiſsimo gradu, ita conſpicit
Orbis, vt virtute, atq; innocentia, quàm for-
tunis; atq; honoribus ſublimiorem agnoſ-

cens

Digitized by Google

cens, ſuſpiciat, fateaturq; plus adhuc promereri, quàm habeas; tametſi ferè habeas, quidquid promereri poſsit, eminentis probitatis excellentia. Verum tot inter præclaras dotes, quibus coruſcas, benignitatis ſpecies, neſcio quo pacto luculentiùs eniteſcit; cuius admonitu, beneficium conferes, non vulgare, ſi perexiguum iſtud grãdis erga te obſeruantiæ meæ, & Caſinatis ſodalitij pignus, volens, lubenſq; admiſeris.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI COMITIS
PAVLI RVBEI PLACENTINI
Epigramma
Ad P. D. Marcum Antonium Scipionem Placentinum Monachum Caſinenſem.

DIſcolor, vt varijs veſtitur floribus hortus,
Frigidaq; arboreis textur vmbra comis;
Doctrina haud aliter Viridaria, conſita Muſis,
Mentibus iniecit Sacra Minerua tuis.
Explicat hic morum candor noua lilia mente,
Hic noua virtutum ſerta Thalia ligat.
Tempora ſi crebris ſtudijs argentea fient,
Aurea tùm docta pagina mente fluet.

Aliud eiuſdem ad Eundem
CELEBRIORVM SVAE FAMILIAE HEROVM
ELOGIA CONSCRIBENTEM.

DVM premis ipſe manum calamo, mentemq; labore,
Nobile tunc animæ ſurgit ad aſtra iubar.
Diſcat vt à ſuperis quæ chartis digerat, illis
Vndique ſit terris quò mage certa fides.
Heroas celebrans, ſis tu quoq; maximus Heros,
Et tacitus caneris dum pia geſta canis.
Dum Mundo Heroum, tua fama excurrit ad aſtra;
Hi terris, Cœlo tu mage notus eris.

Epi-

EPIGRAMMA
P. D. BERNARDINI
A VERVLIS
Monachi Caſinenſis.

AD R.P.D. MARCVM ANTONIVM SCIPIONEM
Scribentem Elogia Abbatum Caſinen.

DVM memoras titulos, & Sacri Iura Caſini,
Et repetis docto carmine, facta Patrum;
Antiquata domus reuocatur gloria noſtra,
Et noua virtutum germina Marce nitent;
Scilicet impellunt generis monumenta Nepotes,
Atq; animos vrget calcar auitus honos;
Priſca recenſq; tibi debetur, Scipio, virtus,
Naſcitur hac calamo, redditur illa tuo.

Nos

NOS D. Stephanus à Mediolano, Congregationis Caſinenſis Præſidens, & Abbas S. Benedicti de Ferraria, facultatem concedimus P. D. Marco Antonio à Placentia, Elogia Abbatum Sacri Monaſterij Caſinenſis, ab ipſo nuper accuratiùs expolita, & inſignitèr locupletata, denuò in lucem emittēdi: Cum P. D. Angelus à Neap. Sacræ Teologiæ in Caſinēſi Academia Profeſſor, cum aſſumpto ad id ſibi ſocio (quibus à noſtro Generali Capitulo examinanda commiſſa fuere) Nobis retulerint, poſſe tutò euulgari. In quorum fidem has præſentes, manu noſtra ſubſcriptas, noſtro ſigillo muniri mandauimus. Datum in Monaſterio Ferrariæ. Die vltima 1642.

D. Stephanus à Mediolano Præſidens Generalis Congretionis Caſin.

AD

AD LECTOREM.

CAſinenſium Abbatum Elogia (quibus cõponendis trimeſtrem laborem impenderam)tredecim ab hinc annis publicam lucem aſpexere: antequam aſpicerent, animus erat informem partum accuratiore longioris temporis ſtudio, ac diligentia expolire. Quippe qui mutari nonnulla, multa adijci, omnia verò maturiùs diſcuti poſſe, venuſtiuſq; exornari peruiderem: Sed aliorum voto contra meum votum morem geſtum oportuit. Iacta verò editionis alea, exoptabam celerem mihi ſeſe dare Caſinenſis domus repetendæ opportunitatem,tantumq; vacui temporis, quantum reuocando ad incudem,ac limam Elogiorum libello ſatis eſſet, melioribus auſpicijs,fauente Numine, iterum in vulgus emittendo. Verùm aliàs ſubindè alijs perpetuo, & inexplicabili nexu excipientibus curis (peſtilentiæ præſertim, ac belli, quibus penè confectus ſum) toto hoc interiecto, tempore, vix reſpirandi facultas conceſſa fuit, tantum abeſt, vt ſcriptioni per otium ſedato animo excutiendæ, congruum tempus ſuffurari potuerim; Quare cura omni, ac ſpe recudendi operis propemodum, iam abiecta, de repente(cum nihil mihi hac ſuper re penitus ſuboleuiſſet) Præſidum meorum decreto Caſinum deſtinor, Elogia iamdiù impreſſa ad celeberrimi tabularij fidem (quod tantopere optaueram)otioſè, ſolertèrq; denuò expenſurus. Qua ego tam commoda occaſione cupidiſſi-

mè arrepta, non ſum paſſus pro virili quidquid à me ſtudij,ac laboris in Elogijs recognoſcendis inſumi par erat, vlla ex parte deſiderari. Prodit igitur liber iteratò in lucem,multò quàm anteà correctior, & ad hiſtoriæ fidem quod attinet,planè omnibus numeris abſolutus. Ac primò quidem(Lector beneuole) non poſſum de ſacro, maximèq; celebri domicilio pauca quædam ſcitu neceſſaria non præfari, quorum ſcilicet ignoratione parum aſſequerere, quæ toto hoc libro traduntur, & eruditæ cuiuſdam voluptatis iacturam faceres,quam (niſi fallor) eorum,quæ ſubijciemus,breuis,ac diſtincta enarratio præſtiterit.Quod ſi aliquorum Præſulum non niſi perpauca, quorumdam autem nuda dumtaxat nomina in noſtris Elogijs referuntur; id ſcito eueniſſe, tùm quia multis ſcripturarum monumentis deſtituti(quæ alia alijs caſibus tàm longo tempore exciderunt) pauciora maluimus, ſed certa, quàm dubia, minuſq; exploratæ fidei in medium afferre; tùm quia perbreuis multorum ſeù vitæ, ſeù adminiſtrationis curſus (ab anno præſertim ſuperioris ſeculi quarto,ex quo tempore nemini apud Caſinum quinquennio productior,pluribus anguſtior gubernatio contigit) prolixiorem materiam ſcribendi ſuppeditare non potuit. Quod tamen ſatis eſſe non debuit,vt liber contractiore titulo inſcriberetur, vel parum fecundi argumenti nomina expungeremus; cum cæterorum Antiſtitum pars aptè præfixã libro inſcriptionẽ ſibi vindicet, atq; abũdè tueatur. Nobis verò digniſſimũ relatu,ſcituq; viſum ſit,centũtrigintatriũ Abbatũ continẽtem ſeriẽ fuiſſe,quæ annos millecentumduodecim Caſini perduraret, hodieq; perduret; quod alteri præterea per totum Orbẽ

Chri-

Chriſtianum contigiſſe affirmare non poſſumus. Nonnulla etiam,quæ ad hiſtoriæ lucem, vel ornatum facere videbantur, neq; tamen ſatis commodè in aliquo peculiari Elogio proprium locum,ac ſedem ſortiri, neceſſitatem indixere,quaſdam Appendices ſeparatim ab Elogijs conficiendi, quibus ea ipſa includeremus, quæ minimè omittenda arbitrabamur. De ſtylo non eſt quod veniam deprecer,cum elatiori ac ſubobſcuro ſpontè infenſior,hunc qualis qualis demùm eſt,dicendi characterem de induſtria delegerim. Illud potius mihi condonari velim (quod parum abfuit quin me quoq; offenderet aliqnando) ſi plura ſæpiſſimè ijſdem penè verbis repetita occurrerint; Nam neq; ea ipſa ſubticere licuit, neq; porrò conceſſum diuerſis ſemper dicendis formulis efferre. Cæterùm ad Caſinatem Montem, quod attinet, primò regionem illius,ac ſitum; deindè quo cultu, ac veneratione apud antiquos fuerit; tum D. Benedicti aduentu,ſanctitate, doctrina qualis euaſerit:poſtea quis eius ſtatus per hoſce dies. Ad extremum quænam eiuſdem loci Abbatum dignitates,ac prærogatiuæ.Nos claritati apprimè ſtudentes,ſingula ſuis diſtincta capitibus exequemur.

Digitized by Google

ELOGIA ABBATVM

Montis Caſinatis Regio, ac ſitus.

CAP. I.

INter confinia veteris Latij, eiuſq; Italiæ partis, cui ab vbertate Soli, Cæliq; temperie, & rerum omnium diuite copia, Felicis Campaniæ nomen eſt inditum, Mons Caſinas ternis circiter paſſuum millibus lenitèr in altitudinem aſſurgit. Ad Septentrionem Montem Cairum ſpectat, Apennini dorſo impoſitum, & editiſſimo cacumine adiacentium faſtigia ſuperantem. Ab Oriente liberior locorum facies, & venuſtior ſcena aperitur: Ad Meridiem, & Occaſum in ſubiectos campos, & depreſſioris faſtigij Montes latiſſimè patens proſpectus circumfertur. In ipſo Caſini vertice læta ſe expandit planities, multa vite, ficu, oliua, alijſq; pomiferis arboribus abundans, & virentes ſyluas, frondoſaq; nemora peramœno ſinu complectens. At verò vniuerſa Montis facies perenni fruticum crudo, lapidoſoq; è ſolo emergentium viriditate picturata, gratiſſimo ad intuendum ſpectaculo eniteſcit. Ad Montis radices Orientem verſus gelidi erumpunt fontes, qui per diffuſam latè planitiem multiplici lapſu errabundi fœcundant agros, gemmea veſtiũt prata, omnis generis arbores educant, pellucidis riuis irrigant ſolum, & coactis in vnum aquis Garim fluuium conſtituunt, cui ab Occidente immixtus Lyris, ita vires, ac nomen impertit ſuum, vt ex vtroq; flumine Garilianus exiſtat, inter Cãpaniæ flumina percelebris: qui plano, & æquabili curſu per agros diù

ſpa-

ſpatiatus, tandem non procul ab Caieta in mare mediterraneum tumidior effunditur. Ac ne quid ad ſummæ amœnitatis cumulum deſiderari queat, diſtributi in orbem Montes, editiores alij, alij depreſſiores totum hoc terrarum æquor ambiunt, & coronãt; vt quocumq; oculi è Caſino deſpectantium indicerint, iucundiſſimo circumfuſi theatri aſpectu reficiantur.

Quo cultu, ac veneratione Mons Caſinas apud antiquos fuerit.

CAP. II.

HVius opportunitate loci, ac delitijs veteres inuitati, Vrbem ad ima Montis condidere, quam teſte Marco Varrone, à Sabinis orti Samnites tenuerunt, Titus Liuius verò nobilem Romanorum Coloniam, & Strabo præclaram Ciuitatem, Latinorum nouiſſimam appellant. Hunc locum florente Romanorum Republica cùm alij dignitate, ac litteris præſtantes frequentarunt: tùm idem Marcus Varro ſuæ tempeſtatis doctiſſimus (quem Cicero ſanctiſſimum, atq; integerrimum nominat) prædia ibidem, atq; illuſtre domicilium habuit, cum Amphiteatro Coloſſeo. Ex hac autem Varronis, & reliquorum eruditione, ac geſtis in Republica muneribus Varroni conſimilium, diuturna apud Caſinum commoratione, non ſolùm honos ipſi loco, ſed Muſis etiam cultus, ac veneratio ingens accreuit. Hinc inſtitutæ nobiliũ Academiæ, Sacratus Apollini receſſus,

Marcus Varro lib. 6. de lingua latina

Titus Liuius lib. 9. Decad.

Strabo lib. 5. de ſitu Orbis

erecta

Silius Ital. 12 erecta cæteris Dijs,ac Deabus Fana;vt Silius Italicus haud mendaciter cecinerit. *Nimphiſq; habitata Caſini rura euaſtantur,mox,& vicinus Aquinas.* Huc Romanorum ſapientiſſimi ventitabant, ſeù animus honeſtè remittendus,ſeù danda ſtudijs intentior opera, ſeù quid aliud maioris momenti,ac ponderis agitandum. Hic ſæpè collatis inter ſe capitibus grauiſſima belli, ac pacis negotia pertractarunt. Hic ſuſceptæ cogitationes, excogitata conſilia, ſancitæ leges, quibus Reipublicæ vel ſtanti firmitas, vel inclinatæ fulcimentum afferretur. Hinc omnium animos religioſa quædam opinio paſſim imbuerat, peculiarem venerationem, & cultum Caſini Oppido deberi, ac proindè grauiùs etiam in eos animaduertendum eſſe, qui Caſini,quàm qui alibi flagitia perpetraſsēt. Quam ob rem Cicero vehementiùs in Marcum Antonium inuehitur,quòd Varronis fundum Caſinatem cùm inuaſiſſet, nulla neq; loci,neq; Domini Religione prohibitus, eo prorſus modo, quo alijs in locis factitauerat, turpiſſimè in ea Villa fuiſſet perbaccatus; tum hæc inter cætera de Varronis Caſinati domo ſubijcit Tullius. *Quæ in illa antè dicebantur,quæ cogitabantur? Quæ litteris mandabantur? Iura Populi Romani monimenta maiorum, omnis ſapientiæ ratio, omniſq; doctrina.* Cæterùm Vrbs Caſinas, longo annorum decurſu incolumis,ac ſuperſtes, tandem Gothorum armis,ac furore deuaſtata ità concidit: vt in hodiernum diem pars tantum Amphiteatri Varroniani, marmoreæ aliquot columnæ, baſes, & antiquiſſimis inſcriptionibus exaratæ tabulæ ſpectentur, temporis diuturnitati, atq; iniurijs Barbarorum pertinaciter obluctatæ. Sed Bertharius Abbas Vrbem S. Germani nomine

appel-

appellatam,ſitu percommodo, & ab antiqua minimo interuallo diſtantem anno circiter 866. ſubſtituit.

Mons Caſinas qualis ab aduentu Sanctiſſimi Patris Benedicti in ea loca euaſerit.

CAP. III.

IAm verò vbi Diuinæ Clemẽtiæ,ac Bonitati viſum eſt, D. Benedictum è Sublacenſi ſolitudine Caſinum euocare , vix credi queat quàm breui tempore rerum omnium facies tanti viri labore, ac Sanctitate in melius ſit immutata . Is enim Chriſtiano ritu , ac cerimonia expiato Monte,Apollinis ædem Sanctiſſimo Præcurſori dedicat,ſibi verò eam turrim ad habitandum deligit,quæ Idolorum Sacerdotibus ſedes,ac domicilium extiterat:Sapientiſſimum Moyſem imitatus,qui ditiſſima Hebrçorum præda,quam ab Ægyptijs abſtulerant tabernaculum, & Sacerdotales amictus Diuino monitu perornauerat. Vterq; locus plurimis ſubindè,ac inſignibus prodigijs eſt illuſtratus;Nam de Tẽplo vt ſileam,vbi quæ ſupra naturæ vires,& conſuetudinem euenere , iuſtis voluminibus ſcripta continentur ; Certè D.Benedictus in ſua Cellula , vndè Dæmones , & eorum Miniſtros eiecerat,conſtitutus, Scholaſticæ ſororis , & Germani Capuani Epiſcopi animas in Cœlum ſubeuntes aſpexit, ibidem etiã admirabili,ac penè inuſitata Numinis indulgentią Diuinã Eſſentiam intueri promeruit,vti Sanctitate,ac litteris grauiſſimorum Patrum ſen-

S.Greg.Dial. lib.2.c.25.D. Bern.ſer. Audiam quid loquatur : Rupertus Abb.l.2. de Gloria,& honore filij homini:,S. Bonauent. l.de luminaribus ſer.20. Dioniſ.Carthuſ. ſerm. de S. Benedicto,

ſententia eſt,quā hodieq;cùm alij,tū in primis noſtri Ordinis Theologi paſſim,ac præſertim in Salmaticēſi Academia palàm proponūt,ſtrenueq; propugnat: Ibi deniq; Cæleſtis concentus, odoris, luciſq; ſuauiſſima oblectamenta cùm aliàs non raro, tùm anniuerſaria ſemper D. Benedicti celebritate pluribus annis percepta fuiſſe à Monachis ingenti cum admiratione ſimul, ac voluptate, perhibent rerum Caſinenſium præcipui ſcriptores. Hinc Turris domicilium ſummæ apud poſteros religioni ſemper fuit,ac reuerentiæ:quā,ne conſequentes anni, vel abolerent,vel imminuerent,religioſa ſollicitudo Petri Biēmæ Veronenſis,alūni Caſinatis,& Abbatis S.Matthæi Seruorū Dei,opportunè proſpexit; Nam ſuperiorē loci partem(quæ Diui Benedicti Oratorium ab eius diuturna commoratione nuncupatur) veteri exemptam ſqualore accuratiſſimo ſtudio, ac pia liberalitate perpoliuit;Cubiculi teſtudo inductis à perito plaſta ornamentis, ex marmorato,auriq; intermicante fulgore nitidiſſima: parietes pendentibus magno numero tabulis, celeberrimi, nominis artificum manu depictis longè pulcherrimi pauimentum ſumma munditie, leuoreq; ſpectabile: tota deniq; conclauis deſcriptio,ac ſtructura ad inſignis elegantiæ venuſtatem elaborata, inuiſentes honeſta in primis,ac religioſa voluptate permulcet. Cæterum D. Benedictus profligato iam ementitæ diuinitatis cultu, & inuecta in eius locum veri Numinis cognitione, ac reuerentia,in ipſo Montis faſtigio cæleſtis diſciplinæ Gymnaſium aperuit,quò cum plurimi cōfluerent ſublimiores vitæ deſiderio,eius opera, atq; exemplis ad omnem virtutem ſtudioſiſſimè conformabantur; ſed

enim

enim curandæ aliorum ſalutis flagrantiſſimo ſtudio incenſus, non illud tantum egit, vt ſuo magiſterio quamplurimi Chriſtianæ perfectionis legibus imbuerētur: ſed capaciſſimo charitatis ſinu totum terrarum Orbem, omneſq; adeò conſequentis tēporis ætates cōplexus, operam dedit, vti de vniuerſa poſteritate optimè mereretur. Et ſanè, vt ingenti animo maxima concupierit, non minora tamen, Deo benè iuuante præſtitit, quàm eodem auctore, ac ſuaſore deſignauerat; nam leges, quas temperandis religioſorum cœtibus accomodatiſſimas conſcripſit, poſtmodum euulgatæ, tantū emolumenti, ac ſplendoris Chriſtianæ Reipublicæ in hunc vſq; diem attulerunt; vt perfectè animo, & cogitatione comprehendi difficillimum ſit: niſi antiquitatis monumenta ſtudioſè peruoluantur. Itaq; quo in loco ruſticante olim Varrone, alijsq; doctiſſimis hominibus multa fuerant conſignata litteris, Romano imperio ſalutaria: falſæ diuinitatis delubra, profanis Muſis diuerſorium conſtitutum: in eodem Benedicti, eiuſq; diſcipulorum habitatione; ad æternam felicitatem comparandam aptiſſimæ præceptiones ſunt traditæ: vero Numini Templa, ſanctitati Gymnaſium, ingenuis artibus honeſtiſſima ſedes eſt collocata. Iamq; prima Cœnobij huius enaſcentis incunabula, futuram vertentibus annis amplitudinem, ac magnificentiam luculenter præmonſtrarūt. Tertullus, & Eutichius, Romanorum nobiliſſimi, liberos Placidum, ac Maurum D. Benedicto apud Sublacum commoranti, in diſciplinam tradiderant. Hi poſtea Caſinum profecti, perſpecta ſacri illius cœtus admirabili pietate, ſanctiſſimiſque exemplis, tum ipſi, tum alij plures, honeſtiſſimi viri (qui ſe religioſæ peregri-

nationis comites præbuerant) recens Monaſterium profuſa certatim liberalitate locupletarunt: quamuis Tertulli vnius beneficentia cæterorum omnium benignitatem longo interuallo antecelluit: quippe, præter Caſinatis Montis,& adiacentium locorum(quæ ipſius ditioni ſubiecta erant)liberam poſſeſſionem; ampliſſimos etiam terrarum tractus, tùm in Italia, tùm in Sicilia largitus eſt, tàm magno numero, vt, quibus Tertulli opes, ac pietas parum perſpectæ ſunt, ægerrimè poſſit perſuaderi, priſcorum ſcilicet in noſtros homines liberalitatē,contracta huius tempeſtatis Magnatum in religioſas familias beneficentia, metientibus. Ex hac tamen facultatum magnitudine,& copia pars longè maior ad ſubleuandas inopum calamitates, ac miſerias deriuabatur, nec priuata Monachorum cuiuſuis votiua paupertas,inter exaggeratas Monaſterij opes decreſcebat. Quin ſeculi hominibus admirationi erat, ac penè miraculi loco, ditiſſimi Collegij Patrum tanta in victu, cultuq; ſimplicitas, ac parſimonia, quantam difficile fuiſſet in qualibet tenuiſsimæ ſortis benè morata domo reperire. Quo fiebat, vt ijs potiùs,qui benè de Cœnobio merebantur liberalitatē,quàm Monachis opulentiam inuidentes, alia & ipſi munera, aliaſq; poſſeſsiones alacriter conferrent. Neq; interim obloquentium voces exaudiebantur, ſacri ſodalitij alumnis dira, infauſtaq; imprecantium,quòd congeſtis opibus,nec dum contenti,nouis ſemper hinc indè corrogandis,inexplebili auiditate inhiarent: Sed contrà, inter copioſos carpebantur, qui tantam virtutis præſtantiam, vel non agnoſcerent, vel agnitam parum munerarentur copioſè.Creuit adeò mutua hæc Caſinatis domus religio,

&

& in ea locupletanda,atq;exornanda piorum hominum, maximè verò Regum,Imperatorum, ac Pontificum honeſtiſſima contentio: vt procedente tempore Cœnobium Caſinas potentia, atq; opibus principes Italiæ dominatus æquaret. Nobis,quoniam domeſtica literis mādamus, ne cui in hoc genere credamur aliud affingere veritati,viſum eſt conſultiùs multa omittere, quæ apud alios probatæ fidei ſcriptores, tùm antiquos, tùm recentiores tuo arbitratu legas, quàm ſingula putidæ orationis ſtylo complecti. Vrbibus aliquot,Oppidis verò ſanè quamplurimis Caſinenſium ditionem conſtitiſſe Archiuij tabulæ,præter hiſtoricorum fidem conteſtantur. Huic porrò facultatum, ac dominatus amplitudini par ab externis cultus, ac ſtudium reſpondebat: Romani quidem Pontifices, quàm ſublimiter de Caſinati domo ſentirent, quàm impensè illius dignitati proſpexerint, quantum ab illa Romana Sedes exculta, atq; adiuta fuerit, ipſorum verbis Pontificum demonſtremus. Zaccharias huius nominis primus in ſuo ad Caſinates diplomate hæc habet. *Omnipotenti Deo,cuius melior eſt miſericordia ſuper vitas, gratias agimus, qui glorioſus in Sanctis ſuis, atq; mirabilis eſt, & virtutes ſuas vbicumq; vult, ineffabili bonitate oſtendit. Ipſe quippe dignationis ſuæ potentia Beatiſſimum Benedictum, Patrem omnium conſtituit Monachorum,ipſe enim Monaſticæ Legis latorem, & Operatorem eſſe diſpoſuit;ipſe illius meritis Caſinenſe Monaſterium,in quo,& ſanctiſſimè vixit, & glorioſiſſimè obijt, omnibus per totum Orbem Monaſterijs clementi bonitate præfecit.&c.* & infrà. *Caſinenſe Monaſterium exaltantes decernimus,ac in perpetuum confirmamus,vt ſupradictus*

Zaccharias in bulla de Eccleſiæ Caſinenſis.

Ann.747.

locus dignitate, vigore, atq; honorificentia præcellat omnia Monaſteria, quæ conſtructa, vel conſtruenda ſunt in toto Orbe terrarum, Abbaſq; eiuſdem loci celſior, ac celebrior exiſtat omnibus Abbatibus eamdem regulam tenentibus, illicq; Lex Monaſtici Ordinis caput teneat, ac principatũ, vbi eiuſdem legis deſcriptor Benedictus Pater Sanctiſſimus eandem deſcribens promulgauit Regulam. Victor verò Secundus parum ab Zacharia diſſentiens, *Pijs ergo locis,* inquit, *& Diuina religione venerabilibus debitæ conſolationis, ac defenſionis porrecturi manus, illum cæteris præferendum non ambigimus, quem Monaſtica normæ conſtat eſſe principale gymnaſium, ac S. Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis contiguum, quem Ciues Romani, Patres vedelicet eximij Benedictus, Maurus, & Placidus, cum nonnullis alijs fundarunt, quemq; à gentibus deſtructum Romani Pontifices, nihilominus ſua auctoritate reſtruxere, & priuilegijs Apoſtolicæ ſedis, meritò cæteris omnibus prætulere.* Eadem fermè leguntur in diplomatibus Nicolai II. & Alexandri item II. qui exornandi præ cæteris religioſorum domibus Caſinas Cœnobium eam attulit rationem. *Vtpotè,* inquiens, *quia non ſtudio hominum, ſed Dei imperio à Sanctiſſimo Patre Benedicto conſtructum eſt.* At verò Vrbanus II. ſuperiorum Pontificum in Caſinates benignitatem ſuam adijciens ait. *Illud verò donum, quod Omnipotens Deus Beatiſſimo Patri noſtro Benedicto, ac per eum ſuo Caſinenſi conceſſit Cœnobio, nulla poteſt ratione conuelli, nulla violentia permutari, quin ipſe omnium Monachorum Pater, & eius iam dictum Caſinenſe Monaſterium caput omnium Monaſteriorum perpetuò habeatur; & meritò; nam ex eodem loco de Benedicti pectore Monaſtici*

Victor II. in ſuo diplomate ad Federicum Abbatẽ Ann. 1055.

Nicolaus II. ad Deſideriũ Abbatem, 1059.

Alexander II. in bulla conſecrat. Eccl. Caſin. Anno. 1072.

Vrbanus II. in bulla de ſanitate Caſini recepta. Ann. 1092.

Or-

Ordinis veneranda religio, quaſi de Paradiſi fonte manauit, quem etiam idem venerabilis Pater virtutibus, & ſua corporali requie memorabilem toto Orbi effecit. Idem etiam in alio priuilegio. *Præter generale,* inquit, *charitatis debitum, præter ſingularem veſtri Cœnobij prærogatiuam, quæ in Monaſtica legis latione, & latore Sanctiſſimo Benedicto vniuerſum per Occidentem Monaſteriorum caput à Domino inſtitutum; & illa etiam benignitatis magnificentia, qua ſemper, & noſtris præcipuè temporibus Congregatio veſtra noſtræ ſubuenit Eccleſiæ, multū Nos eidem loco fore compellit obnoxios. Is enim locus noſtrorum pauperum releuatio, fugientium refugium, feſſorum Sedis Apoſtolicæ filiorum requies indefeſſa permanſit, & permanet. Nos ergo tàm Diuinæ conſtitutioni, quàm, & fraternæ benignitatis dulcedini reſpondentes, locum iſtum, & vniuerſa ad eum pertinentia quieta ſemper, & ab omnium mortalium iugo libera permanere, & ſub ſolius S. R. E. defenſione perpetua habere decernimus.* Quæ omnia iiſdem penè verbis in ſuo ad Caſinates diplomate Paſchalis item II. repetit, & cōfirmat. Verū Innocentius II. ad eundē Abbatē. *Cum iniunctum,* inquit, *nobis Apoſtolicæ ſedis officium vniuerſis nos per Orbem Eccleſijs efficiat debitores, veſtro Caſinenſi Monaſterio, quàm maximè obnoxios efficiunt, & Beatiſſimi Patris noſtri Benedicti Monaſticæ legis latoris præſentia corporalis, & in vobis per Dei gratiam, vſq; ad noſtra tempora indefeſſa perdurans eius obſeruantia mandatorum. Vnde & SS. Patres noſtri Romani Pontifices, qui nos in ſede Apoſtolica præceſſerunt, omnium id ipſum Monaſteriorum caput non immeritò ſtatuerunt. Nam ex eodem tanquam ex viuo fonte Monaſticæ legis forma manauit.*

Idem Vrbanus ad Oderiſium Abbatem. Ann. 1097.

Paſchalis II. ad Oderiſiū Abbatem. Ann. 1105.

Innocētius II. ad Rainaldum Abbatē. Ann. 1130.

Acce-

Digitized by Google

Accedit adhoc, quòd idem venerabilis locus Romanæ Eccleſiæ filiorum vnicum in aduerſis ſolatium, & in proſperis infatigata requies perſeuerat. Et nos ergo Sanctorum Patrum noſtrorum Zachariæ, Benedicti, Leonis, Stephani, Alexandri, Vrbani, Paſchalis, atq; Calixti veſtigijs inſiſtentes Cœnobium ipſum, & vniuerſa ad illud ſpectantia libera manere, & ſub ſolius S. R. E. iure, defenſioneq; perpetua haberi decernimus. Neq; Imperatores honeſtiſſimis nominibus eamdem Caſinatem domum non inſigniuere. Cameram Imperialem, & ſoli Imperatori reſeruatam in ſuis priuilegijs frequenter appellarunt. Mihi in præſentia Henrici II. Lotharij item II. ac Henrici Sexti teſtimonia ſuffecerint. Henricus igitur II. in ſuis litteris, quibus Benedicto Papæ VIII. commendat Eccleſiam Caſinenſem hæc habet. *Proindè Caſinenſi Eccleſiæ prouidentes, quæ ſpecialiùs ad Romanum ſpectat Imperium, vt prædeceſſorum noſtrorum camera ab ipſo ſuæ conſtructionis exordio exſtitit, quæq; ab omnium mortalium dominatu immunis permanſit, & libera; eamdem Eccleſiam ditatam Imperiali munificentia paternitati tuæ commendamus, ne quauis cuiuſcumq; poteſtatis quodlibet iniuſtum patiatur, ſaluo eo ſpecialiter, & ſingulariter ad Romanum Imperium ſpectare videtur. Nam cum omnis Eccleſia ab omni conditionali, ſeù ſeruili nexu ſit libera, ſpecialiùs tamen poſt ſedis Romanæ digintatem, libera Caſinenſis Eccleſia, quæ per Patrem Benedictum legis Monaſticæ principatum tenet, & quã omnes noſtri prædeceſſores Imperatores, videlicet Pipinus, Carolus, Ludouicus, Otto, & reliqui Imperatores ſuam ſpecialem Cameram habuerunt, libertate debet potiri inſigni.* Quibus ſimillima ſunt

Henricus II. in ſuis Imperialib. literis ad Benedictum Papã VIII. Ann. 1022.

Lotharius II in ſuo priuilegio. Ann. 1137.

ſunt, quæ à Lothario II. his omninò verbis referuntur. *Ad Romani Imperij curã attinet omnibus per totũ Romanũ Orbẽ conſtitutis Ecclesijs Imperiali poteſtate defenſionis auxilia miniſtrare, vt eius iuuamine ab omnium infidelium, ſeù prauorum protegantur incurſu. Nam cum omnis* Eccleſia *ab omni conditionali, ſeù ſeruili nexu ſit libera, ſpecialiùs tamen poſt ſedis Romanæ dignitatem, Caſinenſis* Eccleſia *principatum tenet, quæ per Patrem Benedictum, & Sanctæ Regulæ deſcriptionem, & pretioſi eius corporis ſepulturam, Monaſticæ diſciplinæ caput eſſe meruit, quam q; omnes prædeceſſores noſtri, Domini ſcilicet Imperatores ſuã ſpecialem Cameram habuerunt.* Deniq; hoc ipſum paucis affirmat Henricus VI. *Notum*, inquiens, *fieri volumus vniuerſis Imperij noſtri, & Regni Siciliæ fidelibus tàm futuris, quàm præſentibus, quod nos Eccleſiam Sancti Benedicti tanquã ſpecialem Camerã Imperij, & Regni noſtri ſpecialiùs commendatã habentes &c.* Illud etiam, opinor, Caſino haud parum contulit ornamenti, ac ſplendoris; quòd varijs temporibus vnum, ac viginti Reges, Imperatores ſexdecim, Romanos Pontifices tres, ac viginti hoſpitio exceptos, omnibus religioſæ humanitatis, & obſequij officijs percoluit. Sed germana Caſinatis ſodalitij dignitas, & incomparabilis gloria, non aliundè, quàm ex ſuis alumnis manifeſtiùs ſe proderit. Igitur ne alios clariſſimi ſanguinis, & multorum opum Dynaſtas commemorem, quorum permultos ab generoſa ſeculi fuga venientes religioſo ſinu excepit: certè Otho è copioſa, & illuſtri in paucis Fundenſiũ Comitum familia, Marſorũ duo Odoriſij, tres Theodini, Rainaldus, Girardus, Stephanus, Rãdiſius, Leo, duo Berardi, Roſſemanus,

Hẽricus VI. in ſuo priuilegio. Ann. 1191.

Ra-

Radelchis,Traſmũdus: Sãgrorũ tertius Odoriſius;tũ Beneuẽti Principés Giſulfus , Atenulfus,Deſiderius: Salerni verò Guaimarius,deindè Regiæ ſtirpis Bertharius, & Fridericus: duo præterea Richardi Anglorum Regis filij Vuillibaldus,& Vuibaldus:deniq; duo Regum capita Carolomannus,& Rachiſius:Theſia item , & Rethruda, illa Rachiſij coniux , hæc filia (quæ ſeparatim proximo monti Cœnobio ad Plombariolam inter ſanctimoniales degebant) omnes Monaſticis inſtitutis apud Caſinum exculti, magnum profectò decus , & eximiam illi gloriam peperere ; vt ab vltimis religioſæ vitæ principijs repetita memoria,nuſquam alibi compertum ſit , Chriſtianam paupertatem pluris veniſſe , vel infimas clauſtri functiones,ſplendidiùs fuiſſe adminiſtratas. Iam verò eorum , qui è Caſinati Monaſterio ad ſacras infulas Romanam purpuram , & Vaticanum ſolium accerſiti fuere, ingentem planè numerum hiſtorici,tum noſtrates,tùm externi magno conſenſu tradiderunt. Ex eadem etiam nobiliſſimarum artium florentiſſima Academia, innumerabiles prodiere cuiuſuis ingenuæ doctrinæ ſtudijs inſigniter eruditi,qui præclariſſimis ingenij & ſapiẽtiæ fœtibus,non domeſticam ſolùm clariſſimi nominis bibliothecam integrã confecerunt:ſed hodieq; nulla eſt tota Italia paulò celebrior, quæ nõ aliqua ex parte ipſorum nobilibus theſauris locupletetur. Verùm enim verò ex ijs omnibus,quæ hactenus perſtrinxi , licet congerantur vnum in locum vniuerſa, minus illuſtre nomen ad Caſinas domicilium redundet , quàm ex ijs ſolùm , quos idem extulit egregia virtute,atq; innocentia adeò celebres , vt beatiſſimis Cæli Ciuibus adſcriptos iam

diù

diù Chriſtianus Orbis agnoſcat,& veneretur. Maximam verò iſtorum multitudinem, vix, aut ne vix quidem quis poſſit certo numero præfinire; Itaq; Cæſar Baronius, non oſtro magis Romanæ togæ, quàm ſpectata vitę integritate,& inſigni literarū peritia illuſtriſſimus, de Caſinatis Cœnobij amplitudine hæc ſuis Annalibus intexuit. *Sed, & illud,* inquit, *abſq; trepidatione mendacij aſſeri iure poteſt, nullum vnquam toto Chriſtiano Orbe extitiſſe aliquando Monaſterium, ex quo tot viri ſanctitate conſpicui, atq; doctrina tanta numeroſitate, ad regimen Sanctæ Apoſtolicæ Sedis adſciti fuerint; vt planè dici poſſit, fuiſſe idem aliquando Seminarium Sacrorum Antiſtitum, prout quæ ſuo loco dicturi ſumus, manifeſtè docebunt.*

Cardinalis Baronius to. 9. an. 716.

Quis per hos dies Montis Caſinatis ſtatus.

CAP. IV.

CAeterùm ex illa, quam dicebamus, tàm enormi bonorum affluentia, & ampliſſimæ ditionis imperio, partim Barbarorum vaſtitate, atq; incendijs (quæ rerum humanarum viciſsitudo eſt, & inconſtantia) partim belli calamitatibus, partim denique potentiorum vi, ac rapinis, non niſi per modica portio præſentes Cœnobij fortunas cōſtituit. Quamuis hæc ipſa prouentuum intra mediocritatem menſura, per Miniſtros ſpectatæ probitatis, atq; induſtriæ procurata, neceſſarijs ſumptibus alendæ Monachorum familiæ, hoſpitum ſuſceptioni, infirmorum in domeſtico Noſo-

comio curationi, & pauperum magno quotidie numero, tùm peregrè, tùm vicinis è pagis confluentium ſubleuandæ indigentiæ, tolerandis vtcumque ſufficiat. Porrò temporis diuturnitas, & ab hoſtili manu ſæpiùs illatæ clades, Monachos adegerunt, veteribus ædificijs labefactatis, euerſisuè noua ſubſtituere; vt mirum videri non debeat, ſi minus multa antiquitatis veſtigia apud Caſinum appareant. Hodiernum Cœnobium pro ſitus, ac loci arduitate peramplum, & elegans,paucis ab hinc annis exædificatum conſtat. Ædes ſacra vetuſtior,ſed tamen præter pauimentum, & columnas (quæ Templi à Deſiderio Primo Abbate conſtructi veſtigia, & reliquiæ perhibentur) cæteræ ædificij partes paulò ſuperiùs, quàm in anteactum proximè ſæculum referri queant. Ornamentis ex auro, exquiſitis picturis, ſectiſque pretioſis marmoribus, haud ſanè ab initio abundans,non multos antè annos coli impenſiùs cœpta, ac magnificentius illuſtrari; quo in ſtudio recentiorum Abbatum pietas, ac ſollicitudo ità excelluit; vt ſi ab eis magnificè conſtructa,qui deinceps conſequentur Præſules ſtrenuè fuerint æmulati (vti futurum ſperamus) breui Caſinenſis Baſilica, quemadmodum ſanctitate, ac religione inter præcipuas Chriſtiani Orbis iure optimo cenſeri debet, ità cultus, atque ornamentorum ſplendore, non infimum ſibi locum vindicauerit.

Caſi-

Digitized by Google

Caſinatis Monaſterij Abbatum dignitates, ac prærogatiuæ.

CAP. V.

CLariſſimæ domus, & inter omnes vbiq; locorum religioſas primariæ Antiſtites, ampliſſimis decretis (ſicuti par erat) & inſignibus honorum titulis præfulſere. Ac primò quidem Abbatis legitima Monachorum ſuffragatione renunciati partes erant, ad Romanum Pontificem conſecrationis gratia ſe conferre: quod liquet ex priuilegio Zachariæ Primi Pontificis ad Petronacem Abbatem tranſmiſſo, vbi inter cætera, *Defuncto autem*, inquit, *Abbate, ex ſe ipſa Congregatio ſecundum ſanius conſilium Sapientum, & Seniorum fratrum Abbatem ſibi eligat, & Apoſtolicæ ſedis Pontifici firmandum, & conſecrandum exhibeat*. Quæ conſuetudo non modò apud omnes eiuſdem Zachariæ ſucceſſores viguit; ſed etiam propoſitis grauioribus pœnis à Benedicto Octauo ſancitum fuit, ne Abbas Caſinenſis à quouis alio, præterquam à Romano Pontifice conſecraretur, in hæc verba. *Tibi (Theobaldo Abbati) à nobis conſecrato; ſucceſſoribuſq; tuis à noſtris ſucceſſoribus in perpetuum nulla prauitate ſimoniaca interueniente conſecrandis*: & paulò inferùs. *Poſt obitum tuum nemo inibi conſtituat Abbatem, niſi quem conuentus, & voluntas communis Fratrum ex ipſa Congregatione elegerit, & electus ad nos, vel ſucceſſores noſtros*

Zacharias in ſua bulla de cõſecr. Eccl. Caſinen. Ann. 747.

Benedictus VIII. in ſuo diplomate ad Theobaldum Abbatẽ Ann. 1023.

ſtros conſecrandus gratis, & ſine pretio veniat. Quod ſi aliundè venerit, vel ab aliquo alio Archiepiſcopo, vel Epiſcopo conſecrari maluerit, tunc conſecrator, & conſecratus anathema ſint. Eadem omninò ſtatuuntur in ſuis priuilegijs a Benedicto Nono, & Leone item Nono. Victor verò Secundus indulſit, vt ſi fortè aliquem ex ipſa Congregatione tanto regimini idoneum non habuerint, extraneum ſibi valeant in Abbatem aſciſcere. *Defuncto autem*, inquit, *Abbate, ex ſe ipſa Congregatio ſecundum ſaniùs conſilium Sapientum, & Seniorum Fratrum ſibi Abbatem eligat, & Apoſtolicæ ſedis Pontifici firmandum, & conſecrandum exhibeat, nec aliter ibi Abbas conſtituatur, aut aliundè illuc intromittatur, niſi fortè ex ſeſe aliquem tanto regimini idoneum non habuerint, & ob id ſaniori conſilio extraneum ſibi eligerint*. Hæc autem paucis admodum immutatis à Stephano Nono, Nicolao Secundo, Alexandro Secundo, Vrbano Secundo, Paſchali Secundo, Calixto Secundo, Clemente Tertio, Honorio Tertio, alijſq; præterea Romanis Pontificibus referuntur. Deniq; Gregorius Nonus ſubditos omnes Monaſterij Caſinenſis ad conſuetum auxilium eidem Abbati alacriter præſtandum excitans. *Dilectis*, inquit, *filijs, vniuerſis vaſſallis Monaſterij Caſinenſis ſalutem*, &c. *Cum igitur prædeceſſoribus eiuſdem Abbatis tempore benedictionis conſueueritis congruum auxilium impertiri, & deceat vos ex præmiſſis rationibus laudabilem conſuetudinem in hac parte inuiolabiliter obſeruare: Vniuerſitatem veſtram monemus attentè per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo, mandantes, quatenus cum dicto Abbati non dum exhibueritis pro conſecratione auxilium con-*

Victor II. in ſuo diplomate ad Federicum Abbatem. Ann. 1055.

Gregorius IX in ſuo diplomate de conſecr. Abbatis Caſinenſis. Ann. 1230.

conſuetum, liberaliter, & libenter illud exibeatis eidem. Cæterùm Romani Imperatores de hac eadem Abbatis conſecratione ſanxere, vt ante conſecrationem obtentam, Abbas Cæſarem adiret, à quo per traditionem ſceptri Imperialis bonorum Cœnobij, tanquam de eorum ſpeciali camera, inueſtitura donabatur (neq; enim fas erat, Abbati vtroq; munere, inueſtiturę ſcilicet, & conſecrationis non impetrato, crediti ſibi Magiſtratus gubernationem auſpicari) In hanc igitur ſententiam Henricus Secundus: *Obeunte autem*, inquit, *Caſinenſi Abbate, iuxta tenorem Regulæ, & Sanctorum Canonum præceptum, Abbas vitæ meritis, & doctrinæ ſcientia ex omnibus eligatur, & catholicè, ac ne ſimoniacè ordinetur, moxque nobis, ac noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus deſcripta electio per Nuntios innoteſcat, ipſique per pragmaticæ ſanctionis edictum, aſſenſum præbeant: ſicq; demùm Romano Pontifici abſq; omni venalitate conſecrandus exhibeatur.* Lotharius verò Secundus prædictæ Henrici Conſtitutioni inhærendo, hæc ſtatuit. *Obeunte autem per ſucceſſiones Caſinenſi Abbate, liberè, & canonicè de ſuis, quem digniorem inuenerint eligant ſecundum Regulam Beati Benedicti, moribus, & vita laudabili, integrum, lege diuina, & humana inſtructum, nullius ambitionis labe notatum: Si de ſuis inuenire non potuerint, liberam eligendi facultatem de quocumq; magis placuerit, religioſo Cœnobio, noſtræ conſenſu maieſtatis habeant, Electum nobis per ſceptrum inueſtiendum repræſentent, aut per nuntios ſuos puritatem electionis ſuæ Curiæ noſtræ declarent, vt per nos probata, firma, & inconuulſa permaneat. Si nos in expeditione nuntij inuenerint, Cappallanis Curiæ noſtræ pro hoſpitio iuxta morem*

Henricus II. in ſuis ſupra dictis litteris Ann. 1022.

Lotharius II in ſupradicto priuilegio. Ann. 1137.

morem antiquum iungantur, tum demùm læti à nobis completo ſuo negotio redeuntes, inueſtitum Apoſtolicæ Sedi ſine omni uenalitate, vel alicuius pretij exactione conſecrãdum exhibeant. Huius autem conſecrationis ritus, ac cerimonia(quæ per traditionem baculi Paſtoralis,anuli, & ſanctæ Regulæ fiebat) accuratè, ac pluribus deſcribitur à Petro Diacono,Monacho Caſinenſi in ſuis commentarijs in Diui Benedicti Regulam compoſitis. Cardinalatus quoque dignitas, & Apoſtolici Internuntij, Collectoriſq; in Regno Siciliæ citra pharum, & Rectoris Ciuitatis Beneuentanæ munia, Abbatis conſecrationem,haud raro comitari conſueuerant. Eidem Abbati vbi primum præfecturam inierat,ſubditi omnes ipſius Abbatiæ fidelitatis iuramentum præſtabãt, & pro re nata collectas,quas vocant,perſoluere tenebantur. Principes verò Capuæ, Salerni, Beneuenti, & reliqui omnes totius Campaniæ, interpoſito iure iurando pollicebantur,ſe Monaſterij bona, ipſumq; Abbatem pro virili defenſuros. Idem etiam Abbas ius, ac morem habuit ex ſuæ ditionis hominibus, quos viſum eſſet, nobilitate donare: Tabelliones, ac Iudices ad quoſuis contractus per ſubiecta Caſinatibus loca deligere; Prothonatorios creare, qui Tabellionum aduerſaria pro poteſtate reuiſerent, ac diligentiùs ſcrutarentur. Literas plumbeo Sigillo munitas eumdem dimittere conſueuiſſe (quod præter Venetorum Ducem, alijs præterea pauciſſimis à Romano Pontifice dabatur) euincunt Roffredi anno 1188. Barnardi anno 1271. & Marini anno 1308. Abbatum; hodieque in Caſinati Tabulario diligenter aſſeruatæ. Idem etiam in omni conuentu Epiſcoporum,&

Prin-

Principum ſuperior vniuerſis Abbatibus ſedere, & in concilijs, & iudicijs prior ſui Ordinis hominibus ſententiam proferre, ex Indulto Apoſtolico conſueuit. Quin Vrbanus Quintus quorumdam Abbatum, qui nihilò ſe inferiores, quam Caſinenſem arbitrabantur, inanem opinationem confutaturus, ne qua in poſterum cuiquam hac ſuper re ſuboriri dubitatio poſſet, nouo diplomate ſanciuit, *vt Abbas prædicti Monaſterij Caſinenſis, qui eſt, & qui erit pro tempore in Concilijs, Synodis, & alijs quibuſcumq; locis ante alios Abbates, etiam Cluniacenſem, & Ciſterniceñ, ac S. Victoris Maſſilieñ, & alios quorumcũq; Monaſteriorum habeat, & habere debeat primum locum, & eos antecedat.* Verùm plura, quæ dicenda ſupereſſent, diſtinctè, ac ſeparatim perſequi neceſſe nõ erit, ſi vnum illud addidero, in quo verè ſunt omnia; Romanos Pontifices tanti Caſinatis Abbatis nomen, ac munus feciſſe, vt illorum quatuor in celſiſſimo humani honoris faſtigio collocati, haud quaquam ſua maieſtate indignum duxerint, Caſinatis Cœnobij moderatores ſimul appellari, & eſſe; quod euidentiſſimè patet ex Vrbani Quinti diplomate, vbi hæc inter cætera. *Vniuerſis vaſſallis, & ſubditis Monaſterij Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut audiuimus in creatione, ſeu iucundo aduentu noui Abbatis Monaſterij Caſinenſis, ſecundum antiquam conſuetudinem eidem Abbati certam pecuniæ ſummam ſoluere debeatis, decet fidelitatem veſtram huiuſmodi pecuniam tempore, quo ipſum Monaſterium pro eius euidenti vtilitate, præſertim pro refectione Eccleſiæ dicti Monaſterij, quod ad noſtras manus tenemus, tantò libentiùs, & promptiùs ſoluere, quantò ampliùs lætari debetis*

Zachar. vbi ſup. Vrbanus V. in ſuo diplom. Ann. 1270.

betis Romanum Pontificem in veſtrum habere immediatè Superiorem, & Dominum, quantòq; certiores eſtis, quòd eadem pecunia in frabicam, ſeu ædificationem dictæ Eccleſiæ conuertetur. Ergo ijdem Pontifices (quibus omnium optimè perſpectæ erant Abbatis ſacri ſodalitij dignitas, ac iuriſdictio) in ſuis ad eum literis, & priuilegijs eidem Monaſterio conceſſis perhonorifica ſemper verborum præfatione nuncuparunt. Zacharias quidem Petronacem Abbatem hoc titulo decorauit. *Dilectiſſimus filius noſter.* Agapitus verò Secundus ad Atenulfum Beneuentanum Principem, de Balduino Abbate ità ſcribit. *Sed quia nos conſtringit omnium Eccleſiarum Paſtoralis cura ſollicitè vigilare, ſicut nobis noſter ſpecialis filius Balduinus Reuerentiſſimus Monaſteriorum Pater &c.* Benedictus item Septimus ad Aligernum Abbatem, *Chariſſimo nobis*, inquit, *in Domino Ieſu Chriſto filio Aligerno, venerabili, & religioſo Abbati Sacratiſſimi Monaſterij Beati Benedicti Confeſſoris Chriſti, ſiti in Monte Caſino.* Eadem omniò præfatione vtũtur Ioannes Decimuſquintus ad Manſonem Abbatem: Benedictus Octauus ad Theobaldum, Benedictus Nonus, & Leo Nonus ad Richerium. At verò Paſchalis Secundus ad Gerardum Abbatem, *Reuerentiſſimo, & Chariſſimo Fratri Gerardo, noſtris per Dei gratiam manibus in Abbatem Caſinenſis Monaſterij conſecrato, eiuſq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis.* Quòd ſi Romana ſedes, quæ pro ſupremæ dignitatis, qua fulget maieſtate, Principes etiam viros, ac Reges non niſi perparcè honorum titulis dignatur; tamen in Caſinatem Abbatem adeò extitit liberalis, facilè coniectura aſſequemur, quo loco, & exiſtimatione idẽ Abbas

apud

apud cæteros fuerit,tametſi potentiſſimos,quo cultu affici ſolitus,qua verborum honorificentia nominari. Tametſi autem negari non poteſt, quin ſacri Cœnobij, eiuſq; Præſulum amplitudo, ac dignitas magnam partem ad Caſinates præſentis temporis Monachos pertineat, tanquam patrum ſuorum æſtimationis, & gloriæ legitimos hæredes,& ſucceſſores; tamen religioſiſſimæ domus alumni non ita acquiſitis à maioribus ſuis ornamentis,& bonorum copia gloriantur, quin proprio eluceſcant ſplendore,quin præſentibus etiam fortunis, vtcunq; abundent. Mitto accuratiorem ſanctiſſimarum legum cuſtodiam, mitto veteris diſciplinæ puriorem cultum, ſerias in grauioribus ſtudijs occupationes, tot hoſpitum cuiuſuis Ordinis, ac loci quotidianam ſuſceptionem, quæ ſicuti ſtantis religionis firmiora ſunt argumenta, & à religioſis familijs habenda præcipuè in pretio; ſic velim (niſi iam notiora eſſent) per alios potiùs, quàm per me ipſum alijs innoteſcere. Tantùm addiderim hac quoque tempeſtate magnam eſſe Monaſterij Caſinẽſis auctoritatem,magnam eiuſdem Cœnobij Abbatis præſtantiam,ac ſubditorum multitudinem;quippè præter Sancti Germani Ciuitatem,quatuor, ac triginta Oppida non ſolùm, vt Epiſcopus, ſed etiam vt Princeps moderatur, habetq; nedum proprium territorium; ſed propriam etiam diœceſim, deſcriptam inter Epiſcopales in libris Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ; in qua omnimodam Epiſcopalem iuriſdictionem, tanquam quiuis alius Præſul in ſuo Epiſcopatu liberè,ac pleniſſimè exercet;quæ quidẽ prærogatiua, eidem ſolùm Caſinenſi, & non alteri,quantumuis inſi-

Rota Rom. in Sorana beneficij 8. Martij 1527

Romæ impreſſum ſub Leone X.

gni, & ampliſſimæ iuriſdictionis Monaſterio in prædictis libris, ac præſertim Prouinciali omnium Cathedralium vniuerſi Orbis legitur attributa; nàm licet alia inueniantur Monaſteria, quæ proprium habent territorium cum iuriſdictione ex priuilegio, vel præſcriptione in reliqua diæceſi acquiſitum; huiuſmodi tamen territorium non facere diæceſim, olim noſcitur ordinatum *in cap. licet* 16. *quæſt*. 3. Eccleſiam verò Caſinenſem in antiqua, & præclara Ciuitate Caſini à Principis Apoſtolorum in Italiam aduentu, dum illac iter haberet, in Cathedralem erectam, habuiſſe, & ad præſens habere propriam diæceſim, eãdem omninò, cui Epiſcopi Caſinenſes per annos ferè quingentos à ſua prima inſtitutione vſq; ad Lateranenſe Concilium ſub Felice Tertio celebratũ præfuerant, nemo reuocauerit in dubiũ, qui, & eiuſdem Ciuitatis prærogatiuas, & antiquum primitiuæ Eccleſiæ morem, conſtituendi, ex præcepto B. Petri in huiuſmodi Ciuitatibus Epiſcopos, ac eiuſdem Concilij acta non ignoret; conſtat enim ex prædicti auctoritate, Concilij Seuerum, ſpectatiſſimæ vitæ, ac probitatis Antiſtitem, tanquam Caſinenſem Epiſcopum, eidem Concilio interfuiſſe, & cum finitimis Aquinate, Fundano, Capuano, & alijs Præſulibus eiuſdem Concilij acta ſubſcripſiſſe, vt legitur *in 2. tom.* Conciliorum *fol.* 420. Quem Seuerum ſanctitate, & miraculis clarum, alteri etiam Concilio Romæ ſub eodem Felice celebrato interfuiſſe, tradit Petrus Diaconus, qui eius præclaras virtutes, peculiari volumine complexus eſt; eidem Petro concinit Leo Hoſtienſis eximiam dicti Seueri ſanctimoniam adſtruens, ſacræ Aedis (quæ in hodiernum diem con-

Strabo lib. 5. de ſitu Orb. Tit. Liu. Sigon. & alij.

Anno 487.

Diſt. 80. c. 1. & 2.

Anno 483.

Pet. Diac. de Lir. illuſt. eo Hoſt. in Chron. Caſinen. lib. 3. c. 40.

conſpicitur) in Caſinati Monte antiquitus eius nomine dicatæ teſtimonio. Verùm paucis poſt annis, cum Theodoricus Gothorum Rex, vtriuſq; Siciliæ dominatui imminens, per omnem latè Campaniam cum exercitu graſſatus, Vrbes, & Oppida diripuiſſet, ac ferè omnia mœnibus ſpoliaſſet, vt Sabellicus eleganter, ac paucis attingit: *Erant*, inquit, *Vrbes, & omnia fere Oppida eiuſdem terra à Gothis nudata mœnibus*. In Caſinatem verò Ciuitatem (vtpotè primarium totius Prouinciæ oſtium) atrociora iracundiæ, ac furoris ſui, ædificijs, quà dirutis, quà incenſis, edidit documenta; Quæ cauſa fuit, cur Epiſcopi Caſinenſes ſuam ſedem, ac commiſſum ſibi Caſinatem Populum relinquere coacti fuerint. Vndè ad cumulum miſeriarum illud etiam acceſſit, quòd Idololatriæ cultus Gothorum vſu, & conſuetudine (Paſtoris præſertim abſentia) valdè eſt propagatus. Vt iam minus mirum videri debeat, ſi poſt prædictum Lateranenſe Concilium, neq; in alijs ſub Gelaſio, Symacho, & Ormiſda Pontificibus, Romæ habitis, neq; apud Scriptores ſacros, prophanoſuè vlla amplius de Epiſcopo Caſinenſi mentio habeatur. Hoc igitur calamitoſiſſimo Caſinenſis Eccleſiæ ſtatu perdurante, Diuus Benedictus è Sublacenſi ſolitudine, cæleſti monitu, iuſſuq; eò directus, diœceſim omnem proprio Antiſtite deſtitutam, atq; Idololatriæ ſentibus miſerè deformatam, accepta proximè à Deo prædicandi facultate, purgandam, excolendamq; ſuſcepit; felici adeò euentu, vt Apoſtolicis virtutibus, ſignisq;, & partim ſua, partim diſcipulorum ſuorum prædicatione deiectis Idolorum ſimulacris, ac fanis, deleta ſuperſtitione, traductis ad Catholicæ reli-

Sabell. Aenead. 8. lib. 4 tom. 2.

D. Greg. dialog. l. 2. c. 8. & 19.

D. Thom. in opuſc. 19. c. 4 circa med.

Auguſt. de Ancona de poteſt. eccel. q. 64. ar. 1.

Canon. generaliter 16. q. 1.

Paul. Diac. lib. 1. hiſtor. Lõgob. c. 26.

Leo Hoſtien. lib. 1. cap. 1. Chron. Caſ.

Card. Baro. tom. 7. ann. 529.

gionis ſinceritatem oppidanis, & circũpoſitis eiuſdem Prouinciæ gentibus in veri, ac legitimi Paſtoris locum diuino nutu, ac voluntate ſucceſſerit. Quare vniuerſam Caſinenſis Diæceſis plebem, tùm ordinaria Epiſcopali iuriſdictione illi diuinitus tradita, tùm etiam canonicæ præſcriptionis titulo (vtpotè qui eam ab infidelitate ad

16.q.9.c.14. Ex Concil. Afric. c.88. & 89. fidei integritatem reuocauerat) legitimè acquiſita, ad obitum vſq; ſumma vigilantia, & ſanctitate temperauit, nemine interim, ne Romano quidem Pontifice (cui vtiq; omnem Benedicti prædicationis, & ſanctiſſimæ vitæ rationem,ſimulq; quotidiana, & clariſſima miracula exploratiſſima fuiſſe,ambigere non poſſumus) vel reprehendente vnquam,vel prohibente:Quod tamen Equitio perſpicuæ ſanctitatis Abbati (cui ſimiliter à Deo prædi-

Anno 529. candi munus demandatum fuerat) in Prouincia Valeriæ accidiſſe S.Gregorius in primo Dialog.libr. disertè ſignificauit.Poſtquam verò illuc acceſſit Diuus Benedictus,& in Caſini arce erecto omnium virtutum celeberrimo Gymnaſio, Paſtoralis ſibi à Deo crediti muneris, ac Monaſticæ legis latoris Cathedram fixit, neminem præter Abbates Caſinenſes eius ſucceſſores, Epiſcopum ibi deputatum fuiſſe perſpicuum eſt: iuxta eidem factam cæleſtis Oraculi pollicitationem, cum è Sublacenſi Mo-

Ex Gord. in actis S. Placidi tom. 5. apud Suriũ f.779. naſterio Caſinũ mitteretur: de qua Gordianus eius diſcipulus, vti ab ipſo Magiſtro audiuerat,hiſce verbis teſtis eſt locuples. *Surge iam,et vade ad Caſtrum Caſinum, et Populum eiuſdem Prouinciæ, qui adhuc Idolorum cultibus ſeruit,etc. ſermone verifico prædicans, meum ad cultum conuertere ſtude, quia non te deſeram,& confundam omnes aduerſarios tuos. Proficiſcere Idolorum ad pugnam confor-*

confortare, et eſto robuſtus, quia Caſtrum tibi tradam, et illic Sedes nominis tui in perpetuum erit. Cuius ampliſſimi promiſſi fidem diuina benignitas clienti ſuo, tot inter rerum humanarum caſus, & viciſſitudines, per annos centum, & quatuordecim ſupra milleſimum, ſartam tectam continenter ſeruauit. Ab exceſſu verò Diui Benedicti ad Pontificatum vſq; Ioannis Vigeſimiſecundi, per annos ferè octingētos, ſucceſſiuis temporibus, Abbates Caſinenſes Parēts, ac Magiſtri ſui exemplo iura Epiſcopalia, & omnimodam iuriſdictionem, eaq; omnia, quæ animarum culturæ, & ſaluti impendi conſueuere, in Caſinenſi diæceſi impigrè, ſolertèrq; exercuerunt: Romanis Pontificibus eoſdem Abbates inſigni priuilegiorū, tùm numero, tùm amplitudine munerantibus. Quin Ioannes prædictus, Ann. 1322. vt tanto fidelium gregi, quem in territorio Caſinenſi ſub optimo Abbatum regimine fecundauerat Altiſſimus, ea, quæ ſunt ordinis Pontificalis, proprius, & non alienus Paſtor adminiſtraret, & dignitati loci, & Populi, dignitas Ex Bulla erectionis Ioan. XXII. Sub Dat. Auenioni 6. nonas Maij Pontif. an. 6. etiam reſponderet Præſidentis; eidem Caſinenſi Eccleſiæ Epiſcopum reſtituit, eamq; in Regularem Cathedralem conſtituit: Ordinem dumtaxat Epiſcopalem addendo prædictis Abbatibus, qui à Conuentu in Capitulum erecto, per Canonicam poſtulationem eligebātur, & vtrumq; munus Epiſcopi, & Abbatis obibant; quod ſpatio annorum circiter quadraginta quatuor, vſq; ad annum 1367. ſub Vrbano Quinto ſeruatum eſt. Non tamen eo felici ſucceſſu, quo idem Ioannes Pontifex ſibi perſuaſerat, idq; ob ingentes calamitates, cladeſq;, quæ ipſi Eccleſiæ ſub hoc poſtremo Epiſcoporum regimine acciderant, eamq; vehementer attriuerant: vti ex diplomatibus Clementis Sexti,

Clamens VI in ſuo diplo. ſub Dat. Auenione 7. Kal. Nouembr. Pont. an. 12. Innocent. VI. in ſuſs litteris conſeruator. js ſub dat. apud Villam Nouam Auenionen. diœc. Pont. ann. 2.

Sexti, Innocentij item Sexti, & eiuſdem Vrbani Quinti videre eſt: Qui quidem religioſiſſimus in Diuum Benedictum Pontifex, dum adhuc Abbas Monaſterij S. Victoris Maſſilieñ. in Italia apud Vicecomitem Mediolani, Ducem, Apoſtolici Nuntij munus obiret, Caſinum voti cauſa inuiſens, extraordinaria loci religione, ac ſanctimonia captus, mirificam animo ceperat voluptatem. Verùm ex vna parte antiquam Caſinatis Eccleſiæ magnificentiam, ſplendoremq; ſecum reputans: ex altera præſentis ſtatus miſerias, & quamdam veluti vaſtitatis imaginem, ob recentes terræmotus, & occupatas, direptaſq; à vicinis Magnatibus dictæ Eccleſiæ opes, ac fortunas contemplatus: inter preces, & lacrymas ad ſepulchrum Diui Benedicti religioſiſsimè promiſit, ſi qua aliquando, fauente Numine, facultas ſibi concederetur, curaturum ſe, vt SS. Patriarchæ domicilium, depreſſum nimis, ac humi penè iacens, opportunis erigeretur præſidijs. Hac voti ſponſione apud Caſinum perfunctus in Franciam reuertitur. Tabellarios verò in itinere propè Mediolanũ obuiam habuit, litteras, & fauſtæ gratulationis nuncios delatæ ſibi à Purpuratis Patribus Pontificiæ dignitatis afferentes. Quo in loco Romanæ ſedis Antiſtes eſt ſalutatus, procumbens in genua, ſublatiſq; in Cælum oculis, ac manibus, obortis lacrymis in eam vocẽ erupiſſe dicitur. *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris*; certò ſibi perſuadens, tantæ faſtigium dignitatis, concepti ad ſacros D. Benedicti cineres voti mercedem, ac pręmium ſibi obtigiſſe. Quamobrem inito ſupremo Magiſtratu diligentiſſimè ſtuduit ea confeſtim exequi, quæ ſe facturum SS. Patriarchæ ſpopõderat. Hinc quinto ſui Pontificatus anno, cum

An-

Angelus Vrſinus Caſinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum poſtremus deceſſiſſet, vt ipſa Eccleſia celeriùs (quemadmodum in nuncupatione voti ſibi propoſuerat) repararetur, eam ad manus ſuas, & ſedis Apoſtolicæ poſuit, ac ſingularibus priuilegijs, & fauoribus cõmuniuit. Verùm cum vnum illud, quod ad prædictam Eccleſiam penitus ſubleuandam, & priſtino ſplendori, & magnificentiæ reſtituendam accommodatiſſimum eſſe, ac neceſſarium prudentiſſimè intelligebat, adhuc præſtare nequiuiſſet; ſtatim, ac opportunitas ſe dedit, conſtituto iterum in Epiſcopi locum Abbate, præfatam Eccleſiam ipſius Abbati curæ, & admininiſtrationi moderandam, regendamq; cõmiſit plenariam iuriſdictionem eidem Abbati reſeruando, & ſolummodo Pontificalẽ Ordinem à Ioanne XXII. adiectum adimendo. Ex quibus perſpicuum, & exploratum habemus, prædictam Eccleſiam Caſinenſem primò per Epiſcopos ſeculares, deindè per D. Benedictum, & Abbates eius ſucceſſores, poſtmodũ per regulares Epiſcopos, ac deniq; per Abbates iterum reſtitutos, à prima ſua erectione in Cathedralem ad hanc vſq; diem, adminiſtratam fuiſſe, nec vnquam ob diuerſam temporum, & regiminis mutationem, ab originario ſuo Epiſcopali ſtatu excidiſſe: ſed ſola Epiſcopi perſona in Abbatis mutata, ſemper eamdem Eccleſiam in ſua prima Cathedrali inſtitutione permanſiſſe, hodieq; Epiſcopalem cum prima diæceſi perdurare; vti per ſapientiſſimos ſacræ Rotæ Romanæ Iudices *in Sorana beneficij* 8. *Martij* 1627. *coràm bo. me. R. P. D. Merlino deciſum fuit; & eidem deciſioni accinit liber Iuramentorum, & Taxa Eccleſiarum Cathedralium Cam. Apoſtolicæ ſub Eugenio IIII.*

Vt ex Bulla reparationis Vrbani V. ſub dat. Auenioni XII. kal. Nouembris Pontif. ann. 5.

Vt ex Bulla reductionis eiuſdem Vrbani V. ſub dat. apud Montem Peſulanum Magalonen. diæceſ. Pontif. ann. 5.

anno

anno 1431.*compilatus, & renouatus tempore Pauli II. in quo legitur deſcripta Caſinenſis Eccleſia inter Catedrales ſuffraganeas Capuanæ Metropolis, exempta tamen à iure metropolitico, & in dicto libro, qui in eadem Cameræ diligenter aſſeruatur, manualiter iurant Imperatores, Reges, & alij Eccleſiaſtici quacumque dignitate præfulgeant, & præſertim Cardinales Vicecancellarius, Camerarius, & alij dictæ Cameræ Officiales* : Idem etiam affirmat liber Prouincialis omnium Eccleſiarum Cathedralium Vniuerſi Orbis impreſſus Romæ ſub Leone X. anno 1514. fol. 4. à tergo ibi: *Archiepiſcopus Capuanus hos habet ſuffraganeos Theanen. Caluen. &c.* quos inter recenſetur Caſinen. in hæc verba: *Item Monaſterium Caſinenſe nunc Epiſcopatus, quod fuit erectum per dictum D. Ioannem Papam XXII. in Eccleſiam Cathedralem, Regularem, & non erat in aliqua diœceſi, ſed habebat terram, quæ dicebatur terra Monaſterij Caſinenſis, nunc verò dicitur Caſinenſis diœceſis, tamen non habet Epiſcopum.* Idem affirmat Rebuff. in prax. fol, 149. in principio: Quaranta in ſumm. Bullar. in verb. Concil. Prouinciale n. 16. Cæſar Engenius in libro inſcripto. *Il Regno di Napoli*, ibi: *Il Veſcouo di M. Caſino, è l' Abbate di quel luogo, dell'Ordine di S. Benedetto, ordinato così da Papa Giouanni XXII.* Auguſt. Barboſa in tract. de off. & poteſtate Epiſcopi, impreſſo Lugduni anno 1628. tit. 1. c. 7. fol. 35. de Epiſcopatuum, & diæceſum diuiſione, ibi: *Epiſcopus Caſinenſis eſt Abbas Ordinis S. Benedicti*, &c. & deniq; colligitur ex cap. licet 16. q. 3. in quo ſtatuitur, quod ſemel conſtituta diæceſis, nulla ratione diuelli poſſit.

SAN-

SANCTISSIMVS P. BENEDICTVS

MONACHORVM PATRIARCHA,

Caſinatis Cœnobij Fundator,& Abbas Primus.

INter Religioſos Sacri Cœnobij Præſules,quorum piè,præclarèq; res geſtas litteris conſignare decreuerim; nemo ſanè eſt omnium,vndè auſpicatius,illuſtriuſquè principium,quã ab ipſomet Benedicto admirandæ Sanctitatis Antiſtite,deſumi queat; non eo tantum, quòd infinita numero,virtute immortalis, eruditione conſpicua ſoboles ;ad Chriſtianæ Reipublicæ commoda,& decus,ab ipſo proſeminata eſt,ac toto Orbe propagata;Sed propterea etiam,quòd ab ijs omnibus virtutũ ornamentis cumulatiſſimè inſtructus fuit, quæ ad celſiſſimum ſanctimoniæ , ac venerationis faſtigium, Mortalium beatiſſimos efferre conſueuerunt. Nurſiam natale ſolum,Parentes Euproprium , & Abundantiam habuit, apprimè copioſos, & nobiles; Quippe Euproprio ex Aniciorum familia, inter Romanas maximè

D.Bened. Patria,& Patẽtes.

 mè

mè celebri, Abundãtia pari nobilitate mulier in matrimonium ceſſerat; Ex his ortus eſt Benedictus,anno poſt editam ſalutem octogeſimo ſupra quadringenteſimum, vtrȯq; Imperio plurimis, maximiſq; cladibus debilitato iam, & ad occaſum properante; Quo etiam tempore Chriſtiana res, ſoluta paſſim vetere diſciplina, & erumpentibus quotidiè prauorum dogmatum authoribus, miſerandum in modum ægra laborabat; planè, vt agnoſcas Diuinæ Prouidentiæ admirabile conſilium,quæ difficillimis Eccleſiæ ſuæ temporibus Benedictum excitauerit,quem furenti Erebo, eiuſq; miniſtris omnia vbiq; Terrarum pro libidine miſcẽtibus opponeret,cuius ope, ac magiſterio perditi mores corrigerentur, propagaretur Religio, Sanctitas effloreſceret. Domi exacta pueritia,Romam ingenuas artes edocendus,è parentum complexu dimittitur. Verùm maturior fuit in Vrbem aduentus,quàm commoratio diuturnior; quippe adoleſcens verè nobilis,illiberali ſodalium conuictu,& proiecta in omnem turpitudinem Ciuitatis diſciplina offenſus; vt eloquentiæ, & eruditionis decus, certa pudoris iactura, vel præſenti probitatis diſcrimine perquireret, adduci vllo pacto nõ potuit.Igitur Sanctimoniã litteris, ſolitudinẽ Romæ,labores, & incõmoda ſenſuũ Lenocinijs generosè præferẽs,ad auios ſublaci Montes, & nuda ſaxa,id ætatis,& teneritudinis adoleſcentulus, quartodecimo ſcilicet ætatis anno,properauit.Hìc ad exeſi montis vmbilicum,ſupernè incubantibus ruinis horrentem, & vndiq; circumfuſo ſqualore deformem ſpeluncam adeptus, in eam ſe dedit,ibiq; tres annos ſumma rerum omnium inopia,& nuditate,omnibuſq; temporum iniu-

rijs

Ortus D. Bened. Chriſtianæ Reip. maximè ſalutaris.

Sublacensẽ petit eremũ.

rijs conflictatus exegit;nemine interim Mortalium eius propoſiti,ac ſolitudinis conſcio, præter Romanum, inſigni religione Cœnobitam, cuius inflammata charitate Benedictus,vti ad Eremum contendens,ſalutaribus conſilijs,& Monaſtico habitu donatus fuerat,ità quandiù ſolus egit,modica victus annona, certo dierum interuallo reficiebatur. Sæpius à dæmone occulta vi, & ex inſidijs appetitus,nonnunquã aperto quaſi marte laceſſitus,nunquam non relata victoria ſuperior diſceſſit; tùm præſertim, cum ex obiecta mulieris cuiuſdam perliberali ſpecie,quã in ſeculo aſpexerat,incendi præcordia, & æſtuare perſentiſcens,confeſtim expedito ſalutari conſilio,in proximos vepres vltrò ſe induit,nec antè nudatum corpus infeſtis ſpinarum aculeis configere deſtitit, quàm educto per vulnera ſanguine, impuri amoris abolita recordatio,& ſæuę libidinis faces extinctæ. Triennio indè elapſo certis ſermonibus,ac nuncijs paſſim increbeſcente Benedicti,eiuſq; Sanctitatis fama,non Agreſtium modò,& vicinis è Pagis,ſed honeſtiorum etiam, & ab Vrbe Roma ingentes ad eum concurſus facti.Breui duodecim Monaſteria in ijs montium iugis excitata, quibus per multos annos ità præfuit,vt vberrima virtutum omniũ, & religioſæ perfectionis fruge alumnos ſuos ad veram pietatem, & ſanctimoniam excoluerit. Sed vbi primùm Benedicti Sanctitas illuxit, Florentius Presbyter neſcio quis inuentus eſt,quem malus dæmon inuidiæ ſtimulis excæcatum, & ſatis iam per ſe furentem, vehementiùs etiam in Benedictum incēderet: Hic Sanctiſſimo Abbati per inſidias ſæpè necem machinatus, cum propoſito ſemper excidiſſet, artem, ac dolos eò tranſtulit,vt lubri-

cæ Monachorum indoli per obſcœna ſpectacula perniciem animi,atq;exitium moliretur;ſed ne ità quidem res ſucceſſit ad votum; nàm prudentiſſimus Pater profligati pudoris aduerſario cedendum ratus, vnà cum ijs, quorũ ſaluti à Florentio anxius timebat,loco ceſſit. Sed præſtiterit rei totius geſtæ modum, ac ſeriem(eſt enim planè memorabilis) ex Gordiano ipſo,qui vitam, & præclara facinora Sãctiſſimi Martyris Placidi ſumma fide litteris mandauit, recognoſcere. *Hæc* (inquit) *ſollicita mente agitantem Dei famulum, Cæleſtis Oraculi vox hunc in modum ſolata eſt. Vt quid dulciſſime, & dilectiſſime Benedicte triſtitia afficeris? nunquid tibi excidit quod ego Diſcipulis meis loquutus ſum, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur? Tibi aliò iter inſtituendum eſt, alia ſedes perquirenda. Te namque ex omnium mortalium numero delegi; tu ſpiritu meo repletus, Euangelij mei tuba cæleſtis exiſtes. Surge igitur, & ad Caſinum Caſtrum te confer, eius Prouinciæ Populos nefandis Idolorum cultibus ſeruientes, ad veri Numinis notitiam, honoremque traducturus. Age iàm alacriter, fidenterq; præclariſſimo muneri te accinge. Ego tecum ero, neque te deſeram, aduerſarios tuos omnes fortiter deijciens, & expugnans. Proficiſcere Idolorum ad pugnam, confortare, & eſto robuſtus, quia Caſinum tibi tradam, & illic nominis tui ſedes nunquam non duratura firmabitur.* His auditis Benedictus Diſcipulos ſuos aduocat, eiſq; aperit, quæ à Chriſto Domino in mandatis acceperat. Tum ad mutuã inter ſe charitatem, ſuſceptique inſtituti obſeruãtiam,& obedientiæ in primis cultum ſuo exemplo,verbis amantiſſimis cohortatus, ac ritè diſpoſitis, quæ ad diſciplinæ ſtabili-

Ex Gordiano in actis S.Placidi t.7. apud Surium fol.749.

ſtabilitatem,& optimum Cœnobiorũ regimen maximè vſui futura videbantur,Caſinum verſus,duobus Angelis, & tribus Coruis ipſum cõitãtibus diſceſſit. Quò cũ perueniſſet in editi Montis faſtigium ſe recipiens, dæmonum aras,& ſimulacra,dicatoſq; paſſim inanibus Dijs lucos, & quidquid vſpiam per eas regiones ſuperſtitionis viſebatur, feliciſſimo ſucceſſu intra paucos dies cum Sacra prædicatione(cuius à Deo proximè facultatem acceperat)funditus euertiſſet,Caſinatem tractũ, omnemq; illam Viciniam ab agreſti cultu,& impia dæmonum veneratione ad humanitatem,& Chriſtiana ſacra traduxit. Poſt hæc, egregiam operam nauauit ijs, qui ſublimioris vitæ ſtudio incenſi ad ipſum confluebant, ex Monaſticæ diſciplinæ norma diligenter inſtituendis; Quorum ſubindè è numero, alijs Romam,& ad proximas Vrbes, nõnullis in Galliam,Siciliam,Hiſpaniam dimiſſis,cùm maximus animorum prouentus,& ingens Monaſtici Ordinis amplificatio eſt conſecuta,tùm Benedicti Sanctitas, & Caſinatis Cœnobij nomen illuſtriori vbiq; fama celebratum.Hæc inter, dum apud Caſinum Benedictus alũnos ſuos moderatur, & Euangelici Paſtoris munus in procuranda eius Populi ſalute, ac ſpiritualibus commodis ſtrenuè, ac vigilanter exercet, Romam(per occaſionem generalis Concilij,quod Bonifacius Secundus coegerat)euocatur.Cui Concilio Benedictum quoque inter cæteros Epiſcopos, ac Sacerdotes præſentem ſuum nomen apposuiſſe,ex antiquiſſimo Codice in Bibliotheca Vaticana aſſeruato,compertum habemus. Vndè etiam apertè deduxeris,nonnullos minùs probabiliter addubitare,an Sanctiſſimus Patriarcha Sacerdotio initiatus fuerit,

Ex Diu.Gregor. dialog. lib. 2. cap. 8. & 19.

Ex D.Th. in opuſc.19 c,4 circa mediũ. Item ex Auguſtino de Ancona de poteſt. Eccl. ad Ioannem Papã XXII. q 64.art.1. Et in adnotationibus Can.generaliter 16. q.1,

rit,quem ſupremi Antiſtitis accitu Romano Concilio interfuiſſe, atq; vna cum reliquis Epiſcopis, ac Sacerdotibus Concilij Decreta ſuo nomine firmaſſe,euidenter appareat. Sed enim puriſſimæ vitæ exemplis,& domeſtici moris temperationi, miraculorum quà frequentia, quà ſplendore multò ampliùs auctoritatis,ac dignitatis adiectum eſt.Hinc Benedicti precibus Monachorum inopiæ ſuppeditata diuinitus annona:mancis, ac debilibus integer membrorum vſus, vita functis,lucis vſura denuò eſt reſtituta. Inſuper Vaticinij laude inſignis, ſæpè futuros rerum euentus, in altiſſima Diuinæ Prouidentiæ abyſſo latitantes,longè antè præſagijt,prædixitq;.Quin etiam, quoties è re Cœnobij eſſe, vel ſeorſim cuiuſpiã priuatis rationibus expedire viſum eſt, tacitas humanæ mentis cogitationes exploratas habuit, quæ ſecluſis arbitris,remoto in loco peracta fuerant, diſertè,atq; ordinatè ipſemet actoribus expoſuit. Interim Benedictus nec annis, nec virium imbecillitate fractus, cùm cætera perfectæ Sanctitatis,munia impigrè,atq;alacriter obibat,tùm precandi ſtudio ità mentem addixerat, vt quidquid aliud ageret,diceretvè,nunquam tñ ab rerum Diuinarũ commentatione diuelleretur. Ex quà Numinis,ac ſuperum perpetua conſuetudine fiebat, vt Angelicã venuſtatem oris,ac vultus habitu præſeferret,nedum caſtiſſimis moribus exprimeret innocentiam.Iam verò ad obitũ quod ſpectat,non ſolùm ſuprema dies multò antè ab eo diſtinctè percepta eſt, & aliquot ſui inſtituti alumnis apertè denuntiata;ſed quæcumq; mortis genus,diẽ, atq; horam attingebant,adeò diligenter, diſtinctèq; eſt executus: vt non tàm diuinaſſe mortem, quàm ſibimet ſuperſtiti pa-

ren-

rentaſſe quodam modo videri potuerit, nam ſex diebus antequam naturæ concederet, incolumis adhuc, & planè ſanus, ſepulchrum iam pridem ſibi paratum, recludi mādat; indè pertenui primò commotiuncula, mox grauiori morbo tentatus, cum proximè imminentem è vita diſceſſum præuideret, deferri ſe in Oratorium, Diuo Ioanni Baptiſtæ à ſe ipſo anteà dicatum iubet; vbi ritè obitis Sacræ Euchariſtiæ Myſterijs, receptui ab hac mortalitate canente Deo, inter religioſas ſuorum preces, ac manus ſtans, atq; erectus, ad immortalis gloriæ vſuram ſumma cum alacritate diſceſſit. Ita, qui delitias incommodis, eruditionem Sanctitati, Romanæ Vrbis celebritatem Eremi ſolitudini poſt habuerat, cumulatiſſima Numinis beneficentia egregiam cæleſtis doctrinæ laudem promeruit, omnium Gentium linguis, admiratione, cultuq; celebratur, & liquidiſſimas ſuperum voluptates, & gaudia æternùm deguſtat.

Stās, atq; erectus in templo moritur anno 543.

SANCTVS CONSTANTINVS.

ABBAS II.

CONſtantinus, quem Reuerēdiſſimum valdè virum Sanctus Gregorius appellat, quo etiam edocente vitam, & res geſtas Sanctiſſimi Patris Benedicti ſcripſiſſe ſe teſtatur, ob eximiæ Sanctitatis, & ſapientiæ præclara merita dignus eſt habitus, qui Benedicto primus omnium in Regimine ſuccederet. Hic optimi Magiſtri amantiſſimus Diſcipulus, ſtrenuuſq; æmulator, recens

Cōſtantinus Simplicius, Vitalis, Bonitus inter Sanctos Caſinatis Cœnobij referūtur ab Antonio Yepio alijsq; apud ipsū Chron. Monaſtic. tom. 2.

recens adhuc inſtitutum,latiùs propagauit, erectis apud exteras Nationes Monaſterijs, in quibus omnes ad regulæ normam mores ſuos, ac ſtudia conformabant obijt anno 560.

Sedit annos ſeptemdecim.

SANCTVS SIMPLICIVS PRIMVS.

ABBAS III.

SImplicius è Diui Benedicti Schola, ac Magiſterio tertius, ab eiuſdē obitu Congregationem Caſinatem temperauit exēpla Sanctitatis, & omnium documenta Virtutum ab egregio præceptore cum didiciſſet,inſignis Charitatis,ac rerum piè geſtarum gloria enituit,Conſtātinum imitatus,leges non ità pridem à Diuo Benedicto Monachis exaratas,omnibus Religioſorum domicilijs paſſim legendas,cuſtodiendaſq; tradidit; Hiſpanis nominatim,dimiſſa in eas regiones Monchorū colonia, tantum honoris, ac beneficij eſt impartitus. Cumq; ad cætera pietatis,ac ſolidæ doctrinæ ornamenta, Poeticam etiam facultatem adieciſſet,Sanctiſſimæ regulæ factam à ſe maiorem promulgationem, carminibus explicauit. Exceſſit anno 576. vnà cum Conſtantino ad pedes Sanctiſſimi Patris Benedicti compoſitus. Horum corpora primùm à Deſiderio Abbate vnà cum Sacris cineribus Carolomani Regis,ac Monachi inuenta ſunt anno Domini, 1071. deindè à Ioanne Cardinali de Arago-

Vt ex Petro Diacono in Sermone de Octaua Sancti Benedicti.

nia

nia(cui Sacri Caſinatis Monaſterij cura demandata fuerat) anno ſalutis 1484. Poſtremo à Simplicio Caffarello Abbate huius nominis ſecundo, tertiũ detecta anno Domini 1637. inſignem ſui cultum, ac reuerentiam in Monachorum animis ingenerarunt.

Vt ex publico documẽto Notarij Chriſtoph. Peronij de S. Germano aſſeruato, in Archiuio Caſinenſi.

Sedit annos ſexdecim.

SANCTVS VITALIS.

ABBAS IV.

VItalis ex eodem Diui Benedicti feliciſſimo contubernio, Sanctiſſimaq; diſciplina, ſupremo inter ſuos magiſtratu eſt inſignitus; quo in munere, ſicuti compertum eſt laudabiliter illum, atq; integerrimè ſe geſſiſſe, ità dubitari non poteſt, quin multa nominatim perpetrauerit, ad promouendam ſuorum virtutem, ad excitãdos Poſterorum animos ardenti cupiditate æmulationis idonea, quæ idcircò ſilẽtij tenebris inuoluta delitèſcunt, quòd noſtrorum hominum ſolemnis, ac perpetua cõſuetudo fuit, vt egregijs actionibus perpetuò occupati, ad Sodaliũ res geſtas(niſi ſummæ neceſſitatis, vtilitatiſuè ratio expoſceret) minimũ temporis, atq; induſtriæ conferrent.

Sedit annos ſex.

SANCTVS BONITVS.

ABBAS V.

QVo tempore Bonitus antiquæ probitatis, & eximij meriti Antiſtes, rem Caſinatẽ curabat,ſui regiminis anno ſexto,ab obitu Sanctiſſimi Patris Benedicti quadrageſimo ſeptimo, inopinatæ calamitatis grauiſſimo caſu coactus eſt,vnà cum ſocijs loco excedere; nam Zotho Beneuenti Dux magna Longobardorum manu ſtipatus,cum Cœnobium noctu ex improuiſo inuaſiſſet,immaniſſima feritate direptum, euerſumq; ſubiecto igne,æquauit ſolo. Fuit hæc inſignis illa clades,de qua Diuus Benedictus, cum adhuc in humanis ageret, à ſe cæleſti in lumine præuiſa, Theoprobum, genere, ac moribus prænobilem, commonefecerat,fuſiſq;precibus,& ingenti lacrymarum vi,Monachorum omnium vitam, & incolumitatem à Deo impetrauerat. Interea Bonitus,& Sodales omnes (vno excepto Antonino, egregio illo miraculorum patratore, qui Surrentum ſe recepit)concubia nocte aufugientes,iter Romam intenderunt.

Bonitus apud Caſinum Abbatem egit ſex annos.

Ap-

APPENDIX.

De Lateranenſis Cœnobij Abbatibus.

IS erat per hęc tẽpora calamitoſiſſimus Italię ſtatus, miſerrimaq; conditio; vt Longobardis crudeliter vbiq; & impunè graſſantibus, nulla Vrbs tàm munita, nullus locus tàm remotus inueniretur, quò illi ſuis incurſionibus non perrumperent, vnde prędas non agerent, vbi memorandę crudelitatis, & auaritię ſigna non relinquerent: Sed Monachorum domicilia eò etiã faciliùs ipſorum rapinis, ac direptioni patuere, quò extra Vrbes conſtituta, pleraq; minus habebant pręſidij ad ſubitos impetus, ac repentinas Barbarorũ impreſſiones repellendas. Neq; Cœnobium Caſinas, tametſi editi Montis Faſtigio impoſitũ, eius cladis acerbiſſimam calamitatem effugere potuit, quam multis antè annis ipſius Author, ac Parens Benedictus futuram pręnuntiauerat. Longobardis igitur nocturnę bonorũ populationi intra Caſinatem domum intentis, Monachi cũ Bonito Abbate: ſilentij, ac tenebrarum beneficio furtim elapſi, Romam (ſecum aſportatis D. Bendicti veſtibus, ac regula, quam ipſemet ſua manu conſcripſerat, alijſq; maioris pretij, ac momenti rebus) incolumes ex fuga deuenere; vbi ad Pelagium Pontificẽ adeũtes, comiter ab eo, benignèq; accepti ſunt, & in Lateranenſi Monaſterio (cui Valentinianus iamdiù pręſidebat, ſupra eximiã vitę ſanctitatem, ipſiuſmet etiam D. Benedicti conſuetudine, ac magiſterio venera-

bilis) collocati. Ex hac porrò Coenobij vtriuſq; Conuictorum, non Domicilij magis, quàm inſtituti, atq; animorum coniunctione, vna, atq; eadem Congregatio Caſinas coaluit, quam vnus, idemq; Præſes, & vtramq; domum pari auctoritate moderabatur. Delecti continuò duodecim, qui Caſinum contendentes, Diuorum, Benedicti, ac Scholaſticæ Sacra Pignora intentiſſimis excubijs cuſtodirent, retentaq; deinceps conſuetudo (quoad inſtauratũ eſt à Petronace Domicilium Caſinas) vt quotannis in vicarij laboris, ac vigiliæ locum totidem ſuccedentibus, priores Romanum Sodalitiũ repeterent. Quo poſteà ex loco tàm multi ad Chriſtianæ Reipublicæ gubernacula noſtri ordinis homines euocati ſunt, vt verè totius Sanctitatis, & meliorũ artium clariſſima palæſtra, idemq; poſſet Romanorum Pontificum Seminarium nuncupari. Neq; dubium eſt, quin rationes ad hoc ipſum comprobandum permulta, aliaq; inſuper digniſſima relatu ſuppeterent; niſi (magno ſanè, atq; irreparabili detrimento) locum ipſum, & vniuerſa Tabularij monumenta idem caſus ſuſtuliſſet; vt moleſtiſsimè mihi ferendum ſit, exceptis Abbatum nominibus, tã longo annorum decurſu nihil aliud relictum eſſe, cuius appoſitione mearum obſcuritatem lucubrationum hoc loco illuſtrarem. Sed ſpes eſt, breui fore vnum aliquem è noſtris, qui honeſtiſsimo hoc munere (quod iampridem laborioſè vrget) feliciter, ex animi ſententia defungatur. Cæterùm cum locus apud Lateranum anguſtior eſſet, quàm vt admittenda tot religioſorum hominum multitudini ſufficeret, ab eodẽ Pelagio denuò conſtructus eſt, qua Romanum Pontificem decebat, Aedium laxitate, ac magnificentia.

AB-

ABBATES CASINATES ROMAE LATERANENSI COENOBIO PRAESIDENTES.

SANCTVS VALENTINIANVS

ABBAS PRIMVS.

VAlētinianus S.P.Benedicto Præceptore,ac Duce Monaſticã Vitam profeſſus, ab eodem Lateranenſis Domicilij primus omnium delectus eſt Abbas. Huius inter alios narratione, ac teſtimonio D.Gregorius Papa Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Vitam litterarum monumentis commẽdauit: Hoc eodem Valentiniano Præſide,Monaſticus ordo per omnem Britanniam,& Scotiam(teſte Petro Diacono, in ſerie,quã ſcripſit, Abbatum Caſinatis Cęnobij)dilatari eſt cœptus.Gregi ſuæ curæ,ac fidei commiſſo,religioſiſſimæ Vitæ documentis, nedum pijs cohortationibus,inſigniter profuit.Diuo Gregorio adhuc Pontificatum adminiſtrante naturæ conceſſit, inter beatos Cœli Ciues ab Romana Eccleſia connumeratus.

††

GRE-

GREGORIVS LATERANENSIS

ABBAS II.

SANCTVS THEODORVS.

ABBAS III.

Petrus Diaconus de viris illuſtribus Monaſterij Caſinenſis.

THeodorus SS.P. Benedicti Diſcipulus, vir egregiè pius, ac Sanctus, Charitate in primis, & abſtinentia fuit admirabili. Huius tempore Sãctus Fauſtus, Monachus è noſtris, qui Sanctum Maurum D. Benedicti iuſſu, in Galliam fuerat comitatus, eiq; viuenti perpetuò adhęſerat, ad Lateranenſe Monaſterium regreſſus eſt, vbi vitam eiuſdem Sãcti Mauri perſcripſit, eamq; Bonifacij, Summi Pontificis auctoritate comprobatam, emiſit in vulgus.

IOANNES LATERANENSIS.

ABBAS IV.

DE hoc Abbate, alijſq; inſuper ſeptẽ, quos habuit ipſe in Lateranẽſi adminiſtratione ſucceſſores, nihil dum pręter ſola nomina potuimus, ex antiquitatis tenebris, in lucem eruere.

LEO

LEO LATERANENSIS

ABBAS V.

VRSVS LATERANENSIS

ABBAS VI.

AGAPITVS LATERANENSIS

ABBAS VII.

LEO SECVNDVS LATERANENSIS

ABBAS VIII.

IOANNES SECVNDVS LATERANENSIS

ABBAS IX.

THEOPHILVS LATERANENSIS

ABBAS X.

ADRIANVS LATERANENSIS

ABBAS XI.

ABBA-

Digitized by Google

ABBATES CASINATES APVD CASINVM SECVNDO COMMORANTES.

SANCTVS PETRONAX.

ABBAS VI.

Chronicno; Caſinenſe, Petrus Diacunus,& Antonius Yepius.

ET communiter Monachorum familiæ omnes, & Caſinas Sodalitiũ nominatim, ſi cuiquam alij,ſecundùm Authorem,& Magiſtrum ſuum Benedictum,Petronaci ſanè plurimùm debent,cuius antiqua probitate , ſingulariq; ſapientia effectũ eſt,vt Monaſtica res, penè iàm intermortua,reuiuiſceret, & magna cum laude celeriter, latiſſimèq; propagaretur. Gregorius Tertius,eximia virtute Pontifex,& in religioſum nomen egregiè animatus,moleſtiſſimè ferebat,poſt Longobardicam Caſinatis Domus euerſionem, præclara quoq; Diui Benedicti inſtituta, propemodum neglecta iacere, vbi multos annos feraciſſimo Sanctitatis prouentu tantoperè floruiſſent. Hac re ſollicitus, Petronacem (qui Brixia Romam profectus in Vrbe adhuc degebat) ad ſe ſe accerſitum,adhibitis cohortationibus permouit,

vt

Digitized by Google

vt collapſam in Caſinati Monte ſedem refiſcere conaretur. Datis igitur è Lateranenſi Cænobio aliquot itineris comitibus, & laborum adminiſtris, hominem ad iniuncti muneris prouinciam benè precatus dimiſit. Conſilij ſalubritas euentus felicitate comprobata; Nàm Petronax erectum, qua maxima celeritate potuit Monaſterium arctiſſimis legibus, ad veterem Ordinis integritatem reparandam conſentaneis communiuit, neq; tamen renaſcentis inſtituti rigor, vel Seuerioris Præfecti aſperitas multorũ ſtudia retardauit, quominus efflorеſcenti denuò familiæ ad priſtinã Sãctitatis laudẽ, libentiſſimis animis ſe ipſos adiungerent. Diceres Diui Benedicti feliciſſima tẽpora rediuiua diſciplinæ obſeruatione recurriſſe; vſq; adeò ad Regulæ præſcriptum exactè omnia referebantur ab omnibus. Hinc Domicilium Caſinas antiquo religionis cultu, ac ſpendore breui recuperato, cum innumerabiles eduxit præſtãti ſapientia, & integritate alumnos; tum verò multis quoq; latifundijs, ac vectigalibus piorum hominum benignitate inſigniter eſt auctum. Quippe Ordini noſtro ſolemne, ac parpetuũ fuit, vt hòc opibus abundaret magis, quò in Diuini obſequij cultum, ſuſceptiq; inſtituti obſernantiam diligentius incubuit. Tameſi autem Petronax reliquarum omnium virtutum præſidijs, quas in Sanctiſſimi Cœnobij Præfecto elucere pare rat, egregiè fuit inſtructus; præcipuè tamen inflammatam quamdam communis diſciplinæ tuendæ voluntatem, ac zelum præ ſe tulit, cuius admonitu non modò à cæteris ſodalibus, ſed à duobus etiam Regibus, totidẽq; Reginis, quos in religioſa palæſtra formandos, fingendoſq; ſuſceperat, totius domeſtici moris arctiſſimam cuſtodi-

Petronax à Gregor III. Pont. Caſinũ miſſus, Cœnobium, & diſciplinam reſtituit.

Cœnobium cum Sanctitate, opibus etiam augetur.

ſtodiam ſeuerus exigebat; prætеritæ maieſtatis recordationem,& tumentes ſeculi ſpiritus,abiectiſſimis functionibus prudenter contundens,ac proculcans; quippe Carolomanum, multiplicis regni adminiſtratione,rebuſq; præclarè geſtis apud francos antea celeberrimum, infimo primum Coquinæ miniſterio, tùm paſcendarum ouium muneri addixit: & Rachiſio, qui Longobardorum populis imperitauerat, ferendæ vineæ,ſuiſq; manibus excolendæ laborem demandauit: Nàm Theſiam, eiuſdem Rachiſij vxorem, & Ratrudam filiam,ad mõtis radices,cũ alijs Sanctimonialibus peculiari Cœnobio incluſas,ad pietatẽ inſtituens, earũ profectum,& cõſtantiã ſimilibus religioſæ humilitatis,ac patientiæ tentamentis explorauit; Illuſtri vtiq; ac memorando in paucis ad Sacrorum Cœtuum Rectores documẽto, ne auitæ diſciplinæ ſeueritatem,ac robur,cuiuſuis ſubditorum languore, ac deſidia infringi ſinant,vel remitti;cùm longè conſultius ſit, honeſtiuſq; clariſſimis ortos Natalibus ab Religionis ingreſſu arcere, quàm cum tenui primæuæ inſtitutionis iactura in conuictum,ac Societatem aliorum recipere; Si quidẽ dicatis Deo familijs, non aduentitio ſecularis potentiæ, ac nobilitatis ſplendore; Sed ardenti humilitatis ſtudio,honorumq; contẽptione,ac fuga verũ decus,& germana nominis celebritas comparatur.Erunt opinor,qui Petronacem eo nomine fortunatiſſimum ſtatuant,ac iudicent,quòd duo Regum paria(inaudito prorſus exemplo) ad religioſam vitam admiſit, ac rexit; at mihi non minùs admirabilis videri ſolet,ac beatus, propterea quòd ſpectata probitate, & Moneſticæ diſciplinæ zelo conſpicuus, iacentem, ac penè extinctam in

no-

noſtra ſodalitate cæleſtis Philoſophiæ exercitationem, ſecundiſſimo euentu ſubleuauit, & Monaſterium Caſinas Longobardorum clade attritum, deiectumque eò ſplendoris, ac magnificentiæ prouexit; vt noualium inſtar, ad vberiorem ſegetis prouentum aliquandiuferiari, & quieſcere permiſſum,non autem in carduos,ac ſentes, tanquam malignus, effœtuſuè ager, ſterileſcere inerti otio,ac ſilueſcere,Diuinæ Prouidētię beneficio videatur. Hoc eodem tempore refloreſcentis apud Caſinum religioſæ diſciplinæ fama latiſſimè peruagata, Bonifacium noſtri ordinis clariſſimum Sidus, Archiepiſopum Moguntiæ,ac totius Germaniæ Apoſtolum adduxit,vt Monaſticæ vitæ normam Germanornm populis genuinam, ſynceramq; tradendi cupidiſſimus, illam è Caſinati Cœnobio,tanquam puriſſimo è fonte hauriet. *S.Bonifacius*(inquit Cardinalis Baronius)*vt quàm exactiſſimam Monaſticam diſciplinam Germaniæ populis traderet, ab ipſo fonte eam haurire curauit: nimirum è domo ipſa prima,atq; primaria Sancti Benedicti Abbatis, hoc eſt è Monaſterio Caſinate;cuius rei gratia miſit illuc Sturmium diſcipulum ſuum,vt aliquandiù illic moratus,diſceret cultum perfectiſsimum Monaſticæ vitæ;quamuis ipſe Bonifacius à puero Monaſticus fuiſſet imbutus inſtitutis in Anglia.* Annal. to.7. Porrò ſuſcepti à Petronace regiminis anno 17. Zacharias Pontifex Caſinatem Baſilicam ritu, ac pompa maximè ſolemni dedicauit,Archiepiſcopis tredecim,Epiſcopis verò ſexaginta octo præſentibus;Quo tempore idem Pontifex inuenta à ſe Diuorum Benedicti, & Scholaſticæ corpora,nulla parte læſa,aut diminuta, vti repereat, ita prorſus intacta,illibataq; reliquit.Giſulfus Beneuenti Vt ex Bulla eiuſdē Zach. de Cōſecratione Eccleſię Caſinēſis

Dux, Luitprandi Longobardorum Regis nepos Caſinũ per hos dies religioſiſſimè inuiſens, Monachorũ inſigni probitate,ac Sanctimonia captus, tàm liberalem,ac munificum ſe præſtitit,vt nemo vnquam(ſi ab vno Tertullo diſcedas)plura,melioraue Caſinantibus obtulerit.Scaniperga Giſulfi vxor,piam mariti liberalitatem imitata, Templum ab falſa Idolorum religione, cui diutius in Caſinati Caſtro deſeruierat, Chriſtiano ritu exemptum, Petri Apoſtolorum Principis nuncupatione, elegantibusq; picturis,& Sacra ſupellectile vbertim, ac prætioſè decoratum,Monachis dono dedit.Zoto Beneuenti Princeps,Lõgobardorum è ſtirpe,Domicilium Caſinas euerterat:nunc Giſulfus ex eadem gente, eiuſdemq; ditionis Dominus, domum eamdem ſua benignitate, ac munificentia ſtabiliuit: illuſtri nimirum cæleſtis prouidentiæ admonitu, quæ ad religioſos cœtus alendos,ditandoſq; (modo vt ipſi reiecta in Deum ſpe, ſuas illi rationes omnes committant, nec ſuo muneri deſint) ijs ipſis vtetur, (ſi aliorum deſtituantur benignitate) quos antea aduerſarios, hoſteſq; capitaliſſimos habuerint; tantum abeſt, vt Regnum Dei,eiuſq; iuſtitiam ſtudioſè quærentes permiſſura ſit,rebus ad victum, cultumq; neceſſario requiſitis,deſtitui. Deniquè Cardinalis Baronius de Caſinatis Monaſterij Sodalium felicitate,ac numero,ſub Petronace Abbate, hæc litterarum monumentis conſignauit. (Annal. to. 9. anno 718.)

Mirum dictu, quanta mox ex noua plantatione Petronacis, propagata fuerint eo in loco germina Monachorum, & aucta ipſorum examina inſtar apum, quæ ex turgeſcentibus aluearijs prodeuntes,in diuerſa Orbis loca ad fœtus multiplicationem volauerint. Demum Petronax

tronax

tronax ſanctitate, ac rebus geſtis clariſſimus migrauit in Cælum anno 753. pridie Kalend. Maij, ſepultuſq; eſt in porticu, iuxta Aedem Diui Martini.

Præſedit annis duobus, ac viginti.

OPTATVS.

ABBAS VII.

Optatus Petronacis adminiſtrationem Monachorum ſuffragijs, piè, ac laudabiliter tenuit annis quatuor. Obijt pridie nouas Iunij.

HEMERIS.

ABBAS VIII.

Hemeris Optato ſublectus annuum geſſit Magiſtratum. Vita functus XV. Kalend. Auguſti, prope Eccleſiam Sancti Patris Benedicti ſepultus eſt.

GRA-

GRATIANVS PRIMVS.

ABBAS IX.

GRatianus eodem anno idem munus cum admiſiſſet, magno cum ſplendore, pariq; cum laude in eo ſe geſſit. Obijt 11. Kalend. Septembris. Per eos dies oblatum fuit Caſinatibus ampliſſimum illud Sanctæ Sophiæ Templum in Vrbe Beneuētana, vbi corpora Sanctorum duodecim fratrum condita ſeruantur, itemq; Monaſterium Sanctimonialium eadem in Vrbe, ab Arichi Beneuentano Principe conſtructum.

Præfuit annis quatuor, menſe vno.

TOMICHIS.

ABBAS X.

TOmichis ad Caſinatis Abbatiæ gubernationē poſt Gratianum euectus eſt; eo Præſide multi Caſinatum Patrum perſtudioſi, Cœnobium amplis muneribus adauxere. Obijt Tomichis anno 769. Octauo Kalend. Februarij.

Præfuit annis ſex, menſibus quinque, diebus vno, ac viginti.

Po-

POTO,

ABBAS XI.

POto in Abbatem electus, è re Monachorum publica, ſuaq; è dignitate præfuit. Hic ad extrema Caſini Montis Diuo Benedicto ædiculã erexit, quæ poſteà ſtructuris aucta, & Sancti Saluatoris nobilitata vocabulo, in Principem Germanenſium Baſilicam euaſit, habuitq; cohærens ſibi Cœnobiũ vſq; adeò amplum, & inſigne, vt trecenta in eo Monachorum capita numerarentur. Aliud quoq; Sacellum in honorem Diui Michaelis Archangeli conſtruxit, in colle è regione Cœnobij Caſinatis; quo in loco progrediente tempore Oliuetum ſuccreuit, quod ab eodem Archangelo mutuato nomine, Sancti Michaelis de Monte appellatur, illudquè picturis, ac verſibus exornauit. Vita functus iuxta Aedem Sanctiſſimi Patris Benedicti tumulatur.

Templum S. Saluatoris ex ædificat.

Aliud item D. Michaeli dicatum.

Sedit annis quatuor, menſibus quinque.

Theo-

THEODEMARVS.

ABBAS XII.

Theodemarus ſuſcepta eodem anno Caſinati Præfectura, Monachis ad omnem virtutem, ac ſanctimoniam præluxit. Ardenti ſtudio inflammatus, honorem, ac cultum in Deiparam Virginem amplificandi, Templum illi erexit, cui vulgo D. Mariȩ de Quinque turribus nomen eſt factum, propè fontem, vnde Lyris fluuius ſuam originem, ac principium ducit. Carolus Magnus Francorum Rex, Carolomani Regis, & Caſinatis Cœnobitæ Nepos, ſex noſtri Ordinis Alumnorum parens, Lotharij Imperatoris (Monachi item è noſtris) Auus paternus, Theodemaro Abbate, omnium Imperatorum primus, Caſinum ſumma pietate adijt, primuſq; regijs muneribus cultum, inſigni priuilegio communiuit. Quo etiam tempore idemmet Carolus, vt Leo Oſtienſis noſter auctor eſt, Romæ, Adriani Pontificis rogatu, ampliſſimam bonorum donationem à Pipino Patre, ſeque ipſo aliquot antè annos, Stephano Tertio in Gallia degēti conceſſum, ſua, ſuorumq; Procerum manu, promptiſſimo animo firmauit. *Interim verò*, (inquit *Oſtienſis*,) *cum Papiam obſideret Carolus, amore Principis Apoſtolorum, in ipſo Sancto Paſchali Sabbatho, cum multis Epiſcopis, Abbatibus, atq; Iudicibus venit. Et celebrata ibi Paſchali feſtiuitate, à prædicto Papa Adria-*

Deiparæ cultor perſtudioſus ſacrã illi Aedem ædificat.

Chron. Caſ. lib. 1.

Digitized by Google

Adriano commonitus, ſimul atq; rogatus eſt, vt donationem illam, quam genitor eius Pipinus, vnà ſecum Beato Petro, eiuſq; Vicario Donno Stephano Papa dudum fecerat, adimpleret in omnibus: Cuius poſtulationibus idem Rex annuens Leo Oſtien. Chron. Caſ. l. 1. c. 12. *bono, ac libenti animo aliam donationis permiſſionem ad inſtar prioris deſcribi præcepit, per Etherium Notarium ſuũ, eamq; propria manu Rex ipſe corroborans, & vniuerſos Epiſcopos, & Abbates, Duces etiam, & Graphiones, ac plures, qui ſecum venerant, honoratos, ibi ſubſcribere faciens, ſuper altare Beati Petri, manu propria poſuit, Et tam ipſe Rex, quàm & vniuerſi Magnates eius, id ſe in perpetuum conſeruaturos, Beato Petro, & eius Vicarijs, Sacramẽto terribili firmauerunt.* Idem Carolus per Caſinates Monachos inſtituti noſtri diſciplinam mirificè propagauit in Gallia. Nam ad hũc Abbatem (Theodemarũ) teſte Leone Oſtienſi, *idem Carolus per Aldegarium Epiſcopum litteras à Francia diſtinauit; rogans, vt aliquot ſibi de Monaſterio Beati Benedicti Monachos ad oſtendendam in illis partibus regularis diſciplinæ normam tranſmitteret. Quod & fecit, mittens illi etiam Regulam, & Hymnos, qui tunc ex* Idem ibidẽ *traditione Regulæ in hoc Monaſterio canebantur. Pondus quoque libræ panis, & menſuram vini, nec non & menſurã calicis, quam in mixto ſeruitores debent accipere. Et vniuerſam conſuetudinem, quæ in loco tunc temporis habebatur, in ſcriptis ei tranſmiſit.* Eiuſdem etiam Imperatoris lege, & Adriani Põtificis Decreto, Cœnobium Glanofolienſe, à Sancto Mauro apud Francos extructum, Caſinati Monaſterio ſubijcitur, his legibus, vt Abbas à ſuis electus, Magiſtratum ne capeſſeret, niſi præuia Caſinatis Præfecti benedictione: Caſinum quinto quoque anno proficiſceretur,

retur, per totã Galliam vices gereret Caſinatis Abbatis, infra quem, proximo loco ſederet. Theodemaro Abbate, Paulus Diaconus ſcriptis iam ſuæ gentis Hiſtorijs, & Deſiderij Longobardorum Regis (cui à ſecretis fuerat) gratia notiſſimus, Caſini Monachum induit. Thehodemarus ętate iam prouectior mortem obijt.

Præfuit annos vndeuiginti.

GISVLFVS.

ABBAS XIII.

GIſulfus clariſſima Beneuentanorum Principum progenies, Abbatis dignitate inſignitus, ſui generis excellentiam, & Monachorum de ipſo expectationem egregiè ſuſtẽtauit. Cum videret Superiorum Præſidum ſanctitate, ac ſolertia res apud Caſinum optimo loco cõſtituas, tùm quæ Cænobij opes, ac redditus, tùm verò in primis, quę domeſticæ diſciplinę integritatem ſpectarẽt, maturè prouidit, vt ab alijs laborioſè parta, diligenter ipſe conſeruaret, ac tueretur. Deindè Sacris Aedificijs adiecto animo, Monaſterium inferius S. Saluatoris, aliáſq; prætereà Baſilicas alijs in locis ſubſtruxit; vnam præſertim Apollinari Martyri (vbi nunc Vicus eſt Sancti Apollinaris) alteram Sancto Angelo, prope Vallem Lucis, Sacras, dicataſq; voluit. Multorum inſignis pietas, ac munifi-

centia in noſtros homines,Giſulfo,Rectore, Cœnobium fortunis,pagis, oppidis locupletauit. Naturæ conceſſit nono Kalend. Ianuarij,iuxta templum Diui Benedicti tumulatus.

Sedit annos vnum,ac viginti.

SANCTVS APOLLINARIS.

ABBAS XIV.

ET ſi cæteris de rebus, quas Apollinaris ſanctiſſimè geſſit, vti nimis ieiunè loquuntur,ità prorſus reticerent hiſtoriæ; nos tamen ex eiuſdem Caſinati Præfectura probatiſſimos mores, inſignemq; ſapientiam haud temerè, dubitanterq; coniectaremus;Siquidē cum celebre illud Monaſterium per quindecim annos,integrè,ac laudabiliter ab ipſo adminiſtratum fuerit,quo tempore, florente domeſtici moris obſeruantia, nemini dabatur per aliena ſuffragia turpi ambitu,& perfricta fronte emendicata,ad honores irrepere,ſed ſua cuiq; virtus, & probitas modeſtiſſima prenſatrix ſimul, & conciliatrix erat dignitatum: illud planè conficitur,Apollinarem, qui ſupremi Magiſtratus gubernacula communi Patrum conſenſu recepta,tandiu eſt moderatus,non mediocri probitate;ac prudentia claruiſſe. Cæterùm Apollinaris ſanctitas exploratæ virtutis innixa baſi, firmius conſtitit,quàm vt à nobis nutantia

Chron. Caſ. l.1.c.18. Lignum vitæ lib. 1. & alij communiter.

coniecturarum ſideimēta deſideret: Nam Monachi Caſinates tùm anniuerſaria celebritate præſtantiſſimi Viri memoriam percolunt, tùm ſacros eiuſdem cineres,ad Aram Diui Bertharij Martyris reconditos, præcipua religione,cultuq; venerantur. Id autem vetuſtiſſimo maiorum ſuorum exemplo,& auctoritate,tùm celebris etiam prodigij fama permoti,quo Apollinaris eximia virtus illuſtri miraculo eſt confirmata. Cum enim aliquando prædia Monaſterij inuiſurus,ad Garilianum Fluuium deueniſſet, nec vlla præſentis cymbæ opportunitas, qua traijceretur,appareret,tùm Apollinaris, qui plurimùm fiduciæ in cęleſti præſidio collocauerat, edito in aduerſum flumen viuificæ Crucis ſignaculo, nihil trepidans, timensvè, ſuper vndas ſecurus ingreditur,Diuinaq; ope, in vlteriorem ripam, nec madidis veſtigijs tranſmiſſo amne,euaſit incolumis. Equidem vel ex hoc tàm admirando prodigio perſuaſiſſimum mihi eſt, Apollinarem per omnem religioſæ vitæ curſum, luculenta pulcherrimæ virtutis documenta præbuiſſe; quæ ſi literis conſignata extarent, & iucunda Poſteritati ad cognitionem eſſent,& ad exemplum, atq; imitationem ſalutaria. Verũ enimuerò de Apollinari paucula, quæ traduntur,adeò ſunt præclara,vt quemuis,ingenij tantum non hebetiſſimi,admoneant,nihil illi ad immortale decus, & ſempiternam nominis celebritatem defuiſſe, qui Benedicti ſanctimoniam eiuſdem muneris,ac loci Pręfectura,quindecim annis integerrimè adminiſtrata, ſedulò eſt imitatus;quiq; Gariliano flumine impunè calcato,Petri Apoſtolorum Principis illuſtre miraculum,rediuiua magnitudine prodigij repręſentauit. Per id tempus Lodouicus

Im-

Imperator, (qui ab eximia probitate Pij cognomē ſortitus eſt,) Caroli Magni filius, paterni amoris, & obſeruantiæ in Diui Benedicti alumnos, hæres, & æmulator, Vitæ Monaſticæ deſiderio, Imperiū, & ſubiecta ſibi Regna deſerere ſtatuerat, idq; ità ſeriò, conſtanterq; vt nunquam ab ea mente reuocari potuerit; donec Galliæ totius Procerum diſſuaſione, ac precibus, (qui longè gratius Diuino Numini, ipſiq; multò conſultius cenſuere, ſi pro temporum, quæ agebantur, conditione, creditos ſibi à Deo Populos, qua inſtituerat æquitate, ſapientia, & religione moderari pergeret, quàm ſi abdicato imperio, ac regnis, intra vnius Cænobij ſepta priuatus, includeret ſe ſe) parere coactus eſt. Paruit igitur Cæſar concordi Principum ſententiæ, & auctoritati; ac, ne vnus plus ſapere velle, quàm tam multi ſapientes viri, videretur, in optatiſſimo mortalium ſtatu inuitiſſimus perdurauit; Sed animo in noſtrum Ordinem ſemper propenſiore, quidquid ad eum tutandum, amplificandum, illuſtrādum facere arbitraretur, omiſit nunquā. Nominatim perhibent eum, vnius adhuc Aquitaniæ Regem, à Carolo patre inſtitutum, viginti quinque Monaſterijs exædificatis, Diui Benedicti Sodalitatem in ea Prouincia inſtruxiſſe: quem tamen numerum longo deindè interuallo exceſſit, reliquis omnibus paternis regnis, atq; imperio priſtina ditione cumulata. Sed haud ſcio, an vllum aliud beneficium liberaliſſimus Princeps in nos maius cōtulerit, quàm cum eius iuſſu Aquiſgrani in Regia, conuentus indictus eſt, Monachorum diſciplinæ apprimè honorificus, ac ſalutaris. In quo conuentu Abbatum, ac Monachorum frequētiſſimo, quænam corruptelæ ad illud tempus ſacri inſtituti puritatem infeciſ-

ſcent,

ſent, vndè ortæ, ac propagatæ, quibus remedijs tolli in præſentia, quibus in poſterum prohiberi poſſent, diligentiſſimè inueſtigatum eſt, & prudētiſſimè ſancitum. Porrò religioſi conſeſſus (cui ſemper Imperator interfuit) Decreta duobus, ac ſeptuaginta articulis diſtincta, tantū momēti, ac ponderis ſortita ſunt, vt non modo alibi paſſim ab omnibus Monachis, ſed vel in Caſinati monte eodem ferè ſtudio, ac cultu, quo Legiſlatoris noſtri ſanctiſſimæ leges ſeruarentur: Neq; tamen Ludouici munificentia tàm inſignis, intrà vnius Benedictinæ familiæ limites ſe tenuit; ſed ad alios etiam pro cuiuſq; virtute, ac merito abundè ſe expandens, in Romanam præſertim Eccleſiam copioſiſſimè effuſa eſt. Si quidem Leone Oſtienſi teſte: *Hic Ludouicus pactum conſtitutionis, & confirmationis fecit Beato Petro, eiuſq; Vicario D. Paſchali, ad inſtar priorum parentum ſuorum Pipini, & Caroli, & propria manus ſignaculo, ac trium filiorum ſuorum illud corroborans, decem Epiſcopos, & octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionarium, & Oſtiarium vnū in illo ſubſcribere fecit, & per Legatum S. R. E. Theodorum Nomenclatorem, Donno Paſchali Papæ tranſmiſit.*

Lib. 1. c. 19. Chron. Caſ. anno 828.

††

Præfuit annis quindecim.

SAN-

SANCTVS DEVSDEDIT.

ABBAS XV.

QVandoquidem ea tempora Caſinati Cœnobio impendebant, quæ inſignis conſtantiæ Præfectum, contra furentis Tyranni cupiditatem,& auaritiam expoſcerent; defuncto Apollinari, Deuſdedit ex ſui nominis ratione,Diuino planè nutu ſufficitur.Qui cum parem virtutis excellentiam cum Apollinari ad gubernandum attuliſſet,longè tamen diſparem nactus eſt eius exercendæ, atq; illuſtrandæ materiam. Sichardus Beneuenti Princeps,ætatis,& conſilij imbecillitate adoleſcens, vbi vnà cum defuncto Patre (quem Deuſdedit liberaliſſimum in Caſinates expertus fuerat)animi moderationem, clementiam, æquitatem eodem feretro extuliſſe viſus eſt, Principatu in tyrannidem verſo,non tàm populis dominabatur,quàm ſuis ipſe cupiditatibus,per ſummam turpitudinem ſeruiebat;quarum impotenti æſtu,ac furijs actus, ità contrarias in partes animo diſtrahebatur; vt ſordidæ tenacitatis laqueo arctiſſimè conſtrictus,in omnem tamen fœdioris intemperantiæ licentiam,effusè diſſolueretur. Ergò dum cumulādæ pecuniæ vias omnes inueſtigat, de Caſinatis theſauri opulentia,per ſuos exploratores fit certior;nec mora,accerſito ad ſe Abbate,contendit certam auri, & argenti vim,mollioribus ab eo verbis extorquere.Verū cū

Sichardi de prauati mores,ac tyrannis.

Deuſ-

Deuſdedit conſtanter reſpondiſſet, ſe,tùm Chriſtianis legibus,tùm eius muneris,quod gerebat,religione prohiberi, quominus oblatas Cœnobio facultates cuiquam mortalium impertiret;ad minas, terroreſq; deuentum eſt;Cum,ne ità quidem res ad votum ſuccederet,Sichardus conijcit illum in carcerem, periculum facturus,an incommodis, pœnarũq; acerbitate,inuicti Antiſtitis conſtantia labefactari poſſet,quæ prece,ac terroribus tẽtata, expugnari nequiuerat; ſedenim Deusdedit tetri carceris ſqualore, inedia, atq; ærumnis diù conflictatus,vitã in vinculis,non religioſi pectoris libertatem,ac propoſitum amiſit. Crebra ſubindè miracula,fugatiq; obſeſſis è corporibus Dæmones,clariſſimam extincti Abbatis virtutẽ diuulgarunt; mox Romana Eccleſia nomen, ac memoriam ſacris faſtis, ſolemni ritu,ac cæremonia cõſecrauit. Hunc in modum Sichardus,feritatis, & auaritiæ ſuæ armis contra imbecillum ſenem irrito conatu exertis, vel inuitus didicit, in homine Monaſticis diſciplinis probè communito, tantum animi, ac roboris ad extremam vſq; ſenectutem perdurare, vt morte fortiter oppetenda cuiuslibet tyranni atrocem vultum, minas,ſupplica irridere poſſit; cuius infenſum nomen armatorum cateruæ perhorreſcunt, nutibus trepidanter obſequuntur. Hoc eodem tempore Monaſticus ordo feraciſſimus Martyrum Ager,ditiſſimo prouentu in Hiſpania exuberauit, ducentis alumnis Cœnobij Sãcti Petri de Cardinia Chriſti cultum,ac Religionem conſtanter propugnantibus, à Zafna Saracenorum Rege, crudeliſſimè trucidatis. Fecerunt Clauſtri pauimentum,vbi fortiſſimi milites glorioſa morte occubuerunt,ſanguineo colore reſperſum,quotannis.

Deuſdedit in carcerum truditur.

In vinculis extinctus miraculis coruscat.

Ducẽti Monachi in Hiſpania Martyriũ ſubeũt.

nis apparere, die ipſorum certamini, ac felicibus Triumphis conſecrato.

HILDERICVS.

ABBAS XVI.

DE Hilderico Caſinati Abbate, præter ingenij, ac prudentię clariſſimum nomen, illud tantum perhibetur, Pauli Diaconi vitam (quo vſus erat Præceptore) verſibus exornaſſe. Scripſit Pauli Diaconi vitam.

Sedit diebus ſeptendecim.

AVTHPERTVS.

ABBAS XVII.

AVTHPERTVS triennali adminiſtratione, ac immortalibus beneficijs Sacrum Cœnobium cumulauit, Animum Sanctiſſimis moribus, mentem humanioribus litteris, & Sacrarum Scripturarum peritia cum imbuiſſet, ſubditis integerrimæ vitæ exemplo, Bibliothecam eruditiſſimi ingenij multiplici partu inſtruxit. Demum im- Editis voluminibus celebris. An. 839.

petratis à Lothario Francorum Rege priuilegijs, migrauit è vita.

Sedit annis tribus.

BASSATIVS.

ABBAS XVIII.

BAſſatij teſtatæ Sanctitatis, ac ſapientiæ viri Præfectura, nedum Caſinati ſodalitio apprimè frugifera extitit, ſed vltra etiã Italiæ fines peruagata, Burgundiæ, ac Germaniæ inſignis fuit vtilitatis, & commodi; religioſæ vitæ cultu (qui ijs in locis penè interciderat) magna induſtria, & ſollicitudine excitato. In Franciam, Campaniæ Procerum rogatu, ſemel, iterumq; profectùs, Ludouicum Secundum Imperatorem, profligandis Saracenis, Capaniam omnem deuaſtantibus, in Italiam cum exercitu copioſiſſimo deduxit, hoſpitemq; in Caſinati Monte perhonorificè accepit. A Nicolao Primo Pontifice priuilegio donatus eſt, rem, & iura Cœnobij confirmante. Baſſatio Præſide, Monaſterij theſaurus magnam partem auerſus eſt, & Monachorum ſalus in apertum diſcrimen adducta; nam Sichardus Beneuenti Princeps, quidquid, pretioſi Pipini, Caroli Magni, & Ludouici, Franciæ Regum, aliorumq; Principum liberalitas copioſiſſimè obtulerat, per fraudem abſtulit; ideſt cælati

In Franciam profectus Ludouicum ſecundũ Imperatorem. Caſinum deduxit.

lați

lati auri pondo librarum 312.argenti verò 742. ,ſignatæ pecuniæ, ad ſummam nummum aureorum duodeuiginti millium;præter coronam ex auro, inſertis ſmaragdis præfulgentem, pretio quatuor millium aureorum,& ſericam veſtem,eximij operis auro, gemmiſq; intermicantibus diſtinctam,decem millibus aureorum conſtantem. At verò,ne Caſinates hac tàm graui calamitate defuncti, diutius reſpirandi ſpatiū haberēt:paulò poſt Saraceni repentina excurſione in Vrbem Romam facta, Vaticanam Baſilicam diripiunt. Indè opulentiſſima præda onuſti,in Latium,& Campaniam diſcedentes,quicquid in itinere,obuiam illis ſeſe obtulit Oppidorum, atq; Vrbiū, ferro flāmaq; deuaſtant. Iamq; ad Caſtrum Sancti Apollinaris tentoria fixerant, poſtridiè Caſinum, quod oculis proſpiciebāt, benè mane properaturi.Sex dumtaxat paſſuum millibus aberant, Aeris mira ſerenitas,Garilianum flumen non longè diſtans, aquarum defectu vadoſum; militum cohortes,qui ſeſe aduentanti hoſti opponerent, omninò nullæ.Baſſatius,ac Monachi barbarorum aduentus ſub noctē accepto Nuntio, vt in re adeò graui, ac ſubita,omni humana ſpe,omnibuſq; præſidijs deſtituti,nil, niſi proximam mortem, & Domicilij excidium animo verſantes, intentiſſima ſupplicatione (quod vnum ſupererat) cęleſti Numini,ac ſuperis omnibus ſe cōmendant; nec fruſta. Inter orandum S. Apollinaris,Abbatē diuinitus admonet,ne timeāt,formidentvè: D.Benedictū Monaſterij,& Sodalium omnium incolumitatem,à Deo impetraſſe. Cælum interim repente obducitur nubibus, coruſcant fulgura, & mugientibus tonitruis copioſiſſimus imber effunditur. Saraceni mane facto,ad flumen

excurrentes, tumidiſſimum amnem,& ſtagnantes aquarũ eluuione cãpos conſpicati, excandeſcere ira,fremere rabie,dolore diſrumpi. Cumq; ne cymbula quidem,qua Garilianum traijcerent,in promptu eſſet, mœrore amiſſæ prædæ,(quam ſpe,atq; animo deuorauerant)impotenter vociferãtes,diras omnes Caſino imprecati,diſcedunt. Caieta deinde cum in patriam ſoluiſſent, iamq; Africa in conſpectu eſſet, inconditis clamoribus, ac militari plauſu victoriam, & relata de Italis ſpolia teſtante, ſuos ſalutabant; cum ecce aduertunt ſuæ Claſſi mediam celocem ſeſe inferre, qua duo veneranda canicie ſenes,alter Clericali,alter Monaſtico ſchemmate, vehebantur. Ab his rogati,quid illa lætitiæ ſigna, & gratulationis voces ſibi vellent;retulere, teſtari ditiſſimas opes,& immẽſam auri, atq; argenti vim,ex Italicis incendijs, & direptionibus aſportatam; depopulatos ſe Romæ,Petri Baſilicam;Benedicti Oppida, & Villas aliquot inflammaſſe; quominus Caſinum expilarent, vberrimam aquarum inundationem obſtitiſſe; tùm viciſſim rogant, quinam ſint ipſi,& vnde:Nos quidem, ſubinferunt ſenes, illi ipſi ſumus,quorum vos domos, ac bona diripuiſſe, & incendiſſe gloriamini: Sed quæ noſtra ſit conditio,ac poteſtas, breui, veſtro vos experimento luculentiùs didiceritis. Nec mora;ſubducente ſe ab oculis nauigiolo,confeſtim atroci ventorum conflictu turbatum mare, atq; agitatum, africanas naues partim inter ſe, partim ad ſyrtes illidens,vniuerſam claſſem ità diſiecit, perfregitq; vt gazam omnem, omneſq; vectores abſorbuerit, paucis exceptis, qui in patriam delati, rei totius geſtæ ſeriem poſtea enarrarunt.Excellentem Baſſatij doctrinam,eius in-

genij

genij monumenta, quæ extant, apertè conteſtantur. Ad extremum, rebus ex dignitate, ſuiq; inſtituti norma adminiſtratis, meritis diues, felicem obitum eſt conſequutus. Iuxta Aedem D. Benedicti, quam magnifico ornatu decorauerat, ſepultus eſt.

Præfuit annis vndeuiginti:

BERTHARIVS.

ABBAS XIX.

BErtharius tam multis abundat, ijſdemq; præclariſſimis animi, ac fortunæ dotibus, facilè vt ex eorum numero vnum agnoſcas, in quibus exornandis æmula quædam cæleſtis gratiæ benignitas, cum inſigni naturæ munificentia decertat. Tantum Diuini luminis à puero combibit, vt ſeculi periculis, & inſtabili rerum viciſſitudine ad rationem reuocatis, Euãgelicæ perfectionis ſtudio ſe dedere, prudenter in animum induxerit. Inde Parentum diuitijs, ac genere, (quo ipſis Francorum Regibus iungebatur,) generosè contemptis: conſilio, quàm ætate maturior, clàm ſuis, domo, ac patria digreditur, religioſa peregrinatione indè vſq; è Gallijs Caſinum ſuſcepta: Quò ſimul ac peruenit, Cœnobitarum Patrem aggreſſus, tanta oris ingenuitate, ac modeſtia, ijſq; rationum momentis Ordinem expoſcit, vt pronum eſſet

Ortum duxit ab ipſis Francorum Regibus.

eſſet, in tàm tenera ætate eumdemmet cæleſtem ſpiritũ loquentem aduertere,à quo ſeuerioris inſtituti iniectam illi voluntatem conſtabat. Quamobrem Monachorum conuictu dignatus, quantum præ ſe alacritatis,ac ſtudij efflagitanda Religione tulerat, tantumdem adhibuit in cuſtodienda diſciplina diligentiæ; pietatis,ac bonarum artium exercitationem pertinaci ſtudio complexus,breui tantus euaſit, vt in vtraq; facultate ſtrenuis commilitonibus præcelleret. Hæc autem ingenij,ac morum decora,cum prudentiæ,& conſilij eximia laus comitaretur, Baſſatio Abbati demortuo,communi Patrum conſenſione,ſublectus eſt. Porrò autem Bertharij adminiſtratio in eas temporum anguſtias incidit, vt idem munus nemini fortaſſe pluribus curis implicitum,neq; maioribus vnquam periculis obſeſſum contigerit; Quippe qui per annos viginti,ac ſeptem,quibus Monaſterio præfuit,perpetuas dimicationes cum Barbarorum colluuie,tùm numero,& viribus,tùm ferocia, & calliditate præſtantium, exercuit. Sed quò fortunæ,ac temporum acerbior calamitas, eò Sanctiſſimi Antiſtitis præſens virtus,& inuicti animi robur magis inclaruit. Saracenorum gens hircanis belluis ſæuitia,atq; immanitate crudelior,multos antè annos ex Africa ſoluens, inſtructam prædonibus claſſem, funeſtiſſimas Italiæ clades allaturam, Siculis oris appulerat. Quo tempore autem Bertharius renuntiatus eſt Abbas, Tarento, ac Bario,cæteriſq; firmioribus Apuliæ Oppidis communita,non accolas modo,& finitimos populos: ſed longè etiam diſſitas gentes,quotidianis incurſionibus,ac maleficijs impetens,inaudito feritatis genere diuexabat. Hinc agris illata vaſtitas,direptæ Vrbes, exhau-

Fit Monachus Caſinas.

Creatur Abbas.

Saraceni ex Africa in Italiam effuſi.

exhauſtæ domus. Hinc euerſa templa, Religioſorum ædes igni, ferroq; abſumptæ. Hinc demum in obuios quoſq; promiſcui ſexus, latrocinijs,verberibus,internecione,impotenter deſæuitum. Neq;tamen,cum Religionis odio,auriq;cupiditate,inflammata raperetur,vel ſanguinis ſitim,cædium infinitate, vel Diuitiarum famem, tot vndiq; congeſtis opibus explebat.Quæ cum ità ſe haberent, Bertharius inito Magiſtratu,in eam curam incubuit: vt Caſinum, eiuſq; ditionis Oppida, & poſſeſſiones,quibus à Saracenis prudēter metuebat, quàm munitiſſima præſtaret. Hinc ſuperius Monaſterium,firmo murorum ambitu, ac turribus,in arcis modum excitatis, egregiè circumſepſit: inferius verò Sancti Saluatoris (quippè patentius,& ad primos hoſtium impetus excipiendos,magis obnoxium) Vrbe ad radices Montis, regio prorſus animo, ac ſumptu,à fundamentis condita incluſit,de Diui Benedicti nomine, Eulogimenopoli appellata. Tum,domeſticis rebus ad votum compoſitis, quod proximum ad ſecuritatis ſtabilitatem eſſe videbatur, vt Saraceni,vel Italiæ finibus pellerentur,vel certè,ne furorem, atq; arma longiùs cum imperio protenderent,ſumma diligentia procuratum. Quam in rem adiacentibus Campaniæ populis author fuit,vt ſociatis animis,ac viribus,infeſtas Saracenorum progreſſiones,& plena feritatis conſilia reprimerent. Quin ſæpè itinere in Gallias ſuſcepto, Ludouicum Imperatorem,bis in Italiam adduxit, tertiò eumdemmet per litteras, ac Nuntios euocatum, vnà cum Angilberga coniunge,apud Caſinum Liberali excepit hoſpitio; à quò etiam Cœnobij Priuilegiorum confirmationem impetrauit. Inde porrò traducentem

Vrbem Sancti Germani ædificat.

Itinere ſæpius in Gallias ſuſcepto Ludouicum Imperatorē bis in Italiā adduxit.

in

in Apuliam aduerſus Saracenos ſecutus, nihil omiſit, quod ad arcendos ab Italiæ ceruicibus Barbarorum enſes, profuturum arbitraretur. Vbi Caſinum ex Apulia ſe recepit, Germani Sãctiſſimi Antiſtitis brachio ab Imperatore (qui ſacrum eius corpus à Capuanis acceptum, Angelbergæ vxoris pietati obſequens, Placentiam deferebat) impetrato, Vrbem à ſe nouiſſimè extructam, de illius nomine, S. Germani nuncupauit. At verò tumultuantibus Capuanorum animis, ob Landulphum Epiſcopum, (cui per vim, & contumeliam pulſo, nobilium quidam audaciſſimi, Pandenulhpũ è ſuis neſcio quẽ ſuffecerant,) Bertharius, ne Saracenorum vires alieniſſimo tempore, diſſidentibus inter ſe Italis accreſcerent, extemplò Romam accurrit, Ioannem Summum Pontificem monet, orat, obteſtatur, videat per Deum, & communem tot populorum ſalutem, quæ ſummo in periculo verſetur, ne Pandenulphi electionem ratam velit, improborum partes ſuo patrocinio corroborans; niſi paucorum audaciæ, & conatibus conſtanter obluctetur, & recens exortam ciuicæ ſeditionis flammam maturè compeſcat, fore, vt breui tam ingens excitetur incendium, in quo poſtea extinguendo, cùm reliquorum Principum vires, tùm ipſiuſmet Apoſtolicæ Sedis potentia, atq; authoritas, inutili labore deſudet. Verùm Ioannes, vt Abbatis orationem probaret, ac in dicendo conſtantiam demiraretur, maluit tamen Vaticinationis exitum experiri, quàm fide maturè adhibita, declinare: Si quidem illorũ aſtu, & potentia, qui Pandenulpho ſtudebant, ad nouã electionem cõprobandam inductus, ſtatim Campaniæ Vrbes diſcordibus animis inter ſe, & intimis primùm ſeditionibus agitari,

Romanum Pontificem adit.

deindè

deindè ab Saracenis vniuerſa diripi, & vaſtari, intempeſtiua commiſeratione indoluit. Cæterùm Bertharij Diuina ingenij vis, ac rerum gerendarum peritia excellens, nulli oneri ſuſcipiendo impar, nulli ſuperandæ difficultati non idonea, ità ſedandis finitimorum tumultibus diſtinebatur; vt ſuorum otium, ac Sanctitatem ſimul conſoueret: ità ſubmouendis hoſtium armis inuigilabat foris, vt domi initam cum muſis conſuetudinem non deſereret; Pacis artes cum inſigni ſua voluptate, & magno Poſteritatis commodo pertractans. Quæſtiones in vtriuſq; teſtamenti paginam dilucidè, ac ſubtiliter à ſe explicatas, pergrandi codice, altero conciones priuatim ad Monachos, in Diuorum Natalitijs habitas, incluſit; Rem medicam duplici volumine, Grãmaticam aliquot libris illuſtrauit: Metro tam multa, tamq; eleganter (vt ea quidẽ ferebant tempora) conſcripſit; vt huic vni facultati, per omnem vitam ſtuduiſſe, videri potuerit. Eccleſiæ, ſacrarijq; ſupellectilem, cum alijs inſignibus ornamentis, tùm aureo præſertim calice, & Euangeliorum Libro, gemmarum copia prænitentibus, cumulauit. Demum Saraceni effractis repagulis (quæ ipſos, ne Caſinum propius accederent, hactenus inhibuerant, Gariliano flumine properanter) transmiſſo, nihil prius habuerunt, quàm vt Bertharium, hoſtem ſibi ex omnibus virtute, ac potentia longè infeſtiſſimum, de medio tollerent. Caſinum igitur de improuisò aduolantes, ſacris Aedibus expilatis; ferro, flammaq; excidium inferunt. Dein aliquot poſt diebus inferiori Cœnobio Sãcti Saluatoris, (cuius Baſilica vndiq; igni circumſepta, incolumis prorſus, atq; intacta prodigioſè remanſit) haud minori clade illata, à Religioſo cœ-

Plura ſcripſit ſoluta oratione, ac metro.

Saraceni Caſinum inuadentes diripiunt, ac deuaſtant, Monachos, ipſumq; Bertharium obtruncant,

tu,pleroſq; obtruncant, & Berthario commodùm ad Diui Martini Altare Miſſam facienti, gladio vitam eripiũt: Quo ſcelere ab nefarijs graſſatoribus patrato, integerrimus Præſul, ac Martyr, è Templo in Cælum, ab Aris ad Deum euocatus eſt. Et verò par erat,vt ad honeſtiſſimi triumphi ſpeciem, quem de ſuis hoſtibus acturus erat clariſſimum,non ſacerdotali tantùm amictu, & Pontificia thiara inſignis: ſed purpurea etiam effuſi cruoris trabea conſpicuus,cum illuſtri ſuorum comitatu,& pompa
An.884. Cæli Capitolium conſcenderet. Paſſus eſt 11. Kalend. Nouembris. Monachorum numerus,qui cum Berthario occubuere, ab eo tantum iniri poteſt, qui cumulatam mercedem, & coronas eiſdem eſt impertitus: plurimos fuiſſe,indubitatum eſt:quòd ex omnibus Italiæ Monaſterijs ferè omnes,Saracenorũ timore perterriti, Caſinum confugerant,veluti ad Aſylum tutiſſimum,& ad vniuerſalem Cœnobitarum parentem Bertharium. Sanctiſſimi Martyris Corpus in Sacello eius nomini dicato reconditum, miraculis in hodiernum diem, apud Caſinum illuſtratur.

Præfuit annis viginti ſeptẽ.

††

AB-

ABBATES CASINATES THEANI COMMORANTES.

ANGELARIVS.

ABBAS XX.

INcenſa iam à Saracenis, atq; euerſa Caſinati Domo, poſt glorioſiſſimam Bertharij Abbatis, ac Sociorum necem, Monachi, quos Barbarorum immaniſſimus furor, ac Strages reliquos fecerant, Theanum ſe recepere; quò etiam Bertharij monitu (qui paulò antè futuram cladem prænuntiauerat) Tabularij Caſinatis, pleraq; Autographa, ſacriq; theſauri maiorem, melioremq; partem aſportarunt. Monachis igitur apud Theanum commorantibus, Angelarius ex Præpoſito Cœnobij, electus eſt Abbas. Hic reſtituendo Sancti Saluatoris Monaſterio, quod Saraceni ſubiecto igne deformauerant, animum admouit, ac manus; deindè ab vniuerſo Clero, ac Populo Theanenſi, in demortui Epiſcopi locū, ac munus, ob inſignes virtutes, & egregia promerita, ſubrogatur. Ibidem vita functus eſt nonis. Decembris.

Monachi Theanū anfugiētes pretioſiora quæq; ſecū deferunt. An. 884. An. 890.

Sedit annos ſex.

RAGEMPRANDVS.

ABBAS XXI.

RAGEMPRANDVS eiuſdem Theanenſis ſodalitij ſuſceptoPaſtorali munere,ingentem habuit in ſua Præfectura doloris,ac triſtitiæ materiam: Siquidem anno ſeptimo, poſtquam adminiſtrare cœperat,incenſa per imprudentiã Domo,pręter magnam rerum pretioſarum vim, ac priuilegia, quæ conflagrarunt, Regulam quoque S. P. Benedicti manu exaratam, ignis vorax abſumpſit, extremo tantum eiuſdem Regulæ capite,quod Caſini adhuc aſſeruatur, arboris cortice conſcriptum, ſuperſtite. Deceſſit Ragemprandus eodem in loco.

An.899.

Sedit annis nouem, menſibus decem.

LEO.

ABBAS XXII.

LEO à Monachis Præfectura decoratus eodem anno, integerrimi Præſulis partes,ſumma cum laude expleuit. Quinto ſui regiminis anno,Cœnobium Caſinas annis vno, ac viginti, poſtquàm à Saracenis dirutum fuerat,inſtaurandum curauit,obtentis à Guaimario Salerni, ab Athenulpho Capuæ

puæ

Digitized by Google

puæ, ac Beneuenti Principibus, priuilegijs, Monaſterij rationibus pro virili conſuluit. Tandem cōfectus ſenio, migrauit è vita. Ibidem ſepultus. Leone Abbate Monachi Caſinates, tertiò Meſſanam profecti, apud Sanctum Placidum, pro Chriſtianæ fidei defenſione, datis conſtanter ceruicibus, illuſtre martyrium à Saracenis ſubiere, aureas immortalis gloriæ coronas, ab rapaciſſimæ gentis ferro conſecuti.

An. 915. Monachi Caſinates tertiò apud Meſſanam Martyrio coronantur.

Præfuit annis quindecim menſibus ſeptem.

ABBATES CASINATES CAPVÆ DEGENTES

IOANNES.

ABBAS XXIII.

IOANNES Capuæ Illuſtri loco natus, ex Archidiacono Capuano, Monachus Caſinas, ob inſignem morum maturitatem, cum virtutum ſplendore coniunctam, Abbas creatus eſt. Sui Sodalitij Patres, Teani minùs commodè habitantes, Capuam traduxit. Caſinatem Baſilicam à Leone reſtauratam, exornauit: Sanctitatis, ac miraculorum duplici ſplendore conſpicuus, clariſſimum habuit occaſum, pridie Kalen. Aprilis; cum ingentem bonorum copiam, & non-

An. 917.

An. 936.

nulla

nulla priuilegia Monaſterio comparaſſet, Principes viros quàmplures, egregiæ probitatis, ac prudentiæ fama promeritus. In Capuano Cœnobio tumulatus eſt.

Præſedit annis vndeuiginti, menſibus ſeptem.

ADELPERTVS.

ABBAS XXIV.

ADelpertus eodem anno, eiuſdem muneris dignitate cohoneſtatur. Huic Iannes Conſul, & Dux Neapolis plures Eccleſias, & priuilegia conceſſit. Huius item ſtudio, Caſinas Domus varijs ornamen-
An.944. tis, multò elegantior eſt reddita. Capuæ demum obita morte, ibidem ſepelitur.

Sedit annis nouem.

BALDVINVS.

ABBAS XXV.

BAlduinus non magis apud Francos genere, quàm proprijs ingenij, ac morum dotibus ſpectabilis, Adelperti prouinciam, anno eodem, capeſſens, biennali Magiſtratu egregiam Sã- ctita-

ctitatis, ac ſolertiæ laudem, eſt conſequutus. Sanctæ Sophiæ Baſilicam, Beneuentanorum Principũ vi, ac potentia Caſinatibus ereptam, iterum Sodalitio vindicauit. Celebrem Diui Pauli Baſilicam, Templum, ac Cœnobium propè Vrbem Romam, quæ à Caſinatibus etiamnum adminiſtrãtur, Romani Põtificis iuſſu ſibi commiſſa procurauit. Ab Vgone, & Lothario Regibus, priuilegium obtinuit, quo bonorum omnium Cœnobij ſecurior poſſeſſio, ac firmior reddebatur. Per id tempus Monachi, An. 946. iubente Agapito Pontifice, Capua Caſinum, magna ex parte remigrarunt.

Præſedit annis duobus.

MAIELPOTVS.

ABBAS XXVI.

MAIELPOTVS ex Præpoſito Caſinati creatus Abbas, Cœnobij rem, ac fortunas, non mediocri bonorum acceſſione cumulauit. Plura, quæ ſine dubio referenda ſupereſſent, tùm Maielpoto ipſi, tùm Ordini vniuerſo perhonorifica, Tabularij iactura intercidere.

Præſedit annis ſex.

AB-

ABBATES CASINATES

TERTIO APVD CASINVM COMMORANTES.

ALIGERNVS.

ABBAS XXVII.

CVm ea demum præclara ſit virtus,animiq; magnitudo memorabilis, quæ nulla periculorum grauitate,nulla aſperitate tēporum , ab honeſtis actionibus reuocatur;profectò Aligernus præter cæterarū ornamenta virtutum,illuſtrem quoque Chriſtianæ huius fortitudinis gloriam reportauit. Is primùm Balduino Abbate,Romæ cucullum induerat,deindè Caſinum tranſmiſſus,ex Prępoſito Monaſterij Capuę, cooptatus eſt Abbas. Quo tempore autem Cœnobium Caſinas moderari inſtituit,deductis illuc Capuani ſodalitij alumnis,rem Caſinatem eò loco offenderat,vt annui prouētus,in victum,cultumq; ægrè admodùm ſufficerēt. Quamobrem totus in eam cogitationem, curamq; incubuit, vt Monaſterij poſſeſſiones, & Caſtra,quæ finitimi potentiores,bellicis ſuperiorū temporum tumultibus,ac rapinis,per vim occupata,ſui iuris effecerāt, pro viribus recuperaret. Quod dum facit,vrgetq; vehementer,& grauiſſimos labores perpeſſus eſt,& multorū(vt fit)odia, atq; inimicitias contraxit; qui nimirū,ne malè parta bonorum poſſeſſione pellerentur, omnibus incommodis

Ali-

Aligernum inſectari,& exagitare non deſinebant;quorũ tamen ille improbitate, ac contumelijs cum deterreri nõ poſſet,quominus Cœnobij iura perſequeretur,& erepta bona conſtanter repeteret:aduerſarij communicatis inter ſe conſilijs, importunum exactorem,ne ipſis porrò negotium faceſſere pergeret, ad vincula, & carcerem deſtinarũt. Quamobrem Adenulfus Aquinatum Prætor, ſcelere, atq; audacia,maximè inter coniuratos inſignis, cum in omnem opprimendi Abbatis occaſionem totus immineret,illum aliquando ex inſidijs adortus,deuincit, & valida armatorum manu circumſeptum (vti cum reliquo prædonum cœtu conuenerat.)Aquinum,in cuſtodiam abduxit: ac, vt furori, & dementiæ extrema concederẽtur,Antiſtitem,ea dignitate,ac ſanctimonia venerandum,vrſina pelle conueſtit; tùm ferino habitu horridum,ac deformem,inſerta ad collum cathena,latrãdum canibus exponit,& vili plebeculæ,puerisq; irridendum, & exibilandum,inſano ſpectaculo propinat; Sed homini longè ſceleſtiſſimo, carè admodum ſtetit, mitiſſimi Præſulis atrox adeò contumelia, & inauditi ludibrij impudentiſſima temeritas; Nam Landulfus Capuæ Princeps,tanti immanitate ſceleris accepta, cum militum cohorte Aquinum confeſtim aduolans,detractis Aligerno vinculis,Adenulfum innodat,pro Abbatis voluntate, atq; arbitrio,puniendum. Cæterum Aligernus,qui animo ſuo imperare, ex Chriſtianæ philoſophiæ præceptis apprimè didicerat,priuatis iniurijs, ſuiq; ipſius cõtemptu,atq; ingnominia,capitali aduerſario benigniſſimè cõdonatis,libertatem inſuper & cuiuſuis ſupplicij veniã, à Landulfo Principe impetrauit.Huius porrò tantæ mo-

Aligernus Aquinũ in vincula abducitur.

Irriſioni, ac ludibrio habetur.

A Capuano Principe in libertatẽ vindicatur.

derationis fama latè occupatas hominum mentes, inſignis religio, ac reuerentia, tùm Rectoris, tùm Monaſterij inceſſit: quo factum eſt, vt Aligernus, recuperatis, quæ ereptæ fuerāt, maxima ex parte poſſeſſionibus, alias etiam complures, religioſorum hominum liberalitate, ac munificentia oblatas, adiecerit. Quin etiam aucto ſodalitio, vitæq; Monaſticæ ſtudijs (quod maximè optauerat) ad veterem inſtituti normam reuocatis, ſuſceptū nuper Præfecturæ munus, triginta quinq; annos ſecundiſſimo deinceps rerū curſu adminiſtrauit. Quare Adenulfus dùm acerbitate, atq; odijs Aligernum deprimere conatur, Diuini conſilij, ac prouidentiæ ignarus, illuſtradæ eius virtuti, amplificādiſq; Cœnobij fortunis operam nauat: Tantum intereſt, ad primæuam Ordinis noſtri ſanctitatem, opeſq; reſtaurandas ijs Rectoribus Domorū curam demandare, qui à publica re tuenda, curandiſq; Monachorum vtilitatibus, ne propoſito quidē vitæ periculo auocentur, ſuas verò ipſorum priuatas iniurias didicerint, nec pertimeſcere, nec vlciſci. Ab Othone Imperatore quaplurima Oppida, & Aedes ſacras, diuerſis in locis obtinuit. Roccam Ianulæ, Ciuitati Germanenſi imminentem, extruxit. Loca omnia à Saracenis direpta, incenſaq; non refecit modò, ſed nouis etiam incolis tradidit habitanda. Illud etiam Aligerno ad religioſæ voluptatis cumulum acceſſit; vt Nili, Sanctiſſimi Abbatis aſpectu, & conſuetudine frueretur. Hic Calabriam, vbi degebat, à Saracenis direptum iri, Diuinitus præſagiens, non in Greciam reuerti, (ne virtutis opinione, ac fama inter eas gentes notiſſimus, in honore, ac pretio haberetur) ſed aliò ſecedere conſtituit, ingnotus inter gentes ignotas

Bona Cœnobij recuperata augetq;

Triginta quinq; annis feliciſſime Caſinū rexit.

ignotas (vti rebatur) moraturus. Nilo Caſinum appropinquanti, Aligernus cum omnibus Sacri Collegij alumnis, ſupplicantium ritu incedentibus, ſolemni pompa obuiã proceſſit: tùm ad ima montis mutua animorum gratulatione exceptum, ad optatiſſimam Diui Benedicti ſedẽ deduxit, alternantibus interim Choris ſacrorum carminum modulationem. In Caſinati Cœnobio religioſus, ac prudens hoſpes domeſticam viuendi rationem, & sãctiſſimi inſtituti decretis conſentaneos mores accuratè contemplatus, illuſtre dedit Aligerni virtutibus, & Cœnobitarum diſciplinæ teſtimonium: ingenuè profeſſus, & illum Sãctum eſſe, & horum religioſos ritus, ac cerimonias, melius ſibi probari, & ſatisfacere, quam Græcorum. Intereà humaniſſimi hoſpitij charitatem, & obſequium cumulatè rependit miraculorum frequẽtia, quibus omnes, quouis morborum genere implicitos priſtinæ ſoſpitati reſtituit. Demùm iucundiſſimæ voluptatis, ac ſolatij copia recreatus, ad Monaſterium S. Michaelis, ab Aligerno Abbate conſtructum, in valle ſex circiter milliaribus, à Caſinati monte ſubmota (cui ſalubre cœlum, ſituſq; amœnitas nomen Vallis Lucis indidere) ſe recepit. Hanc montiũ cacumina circũſepiunt, editiore ſemper àſſultu, in vicinos Samnites excurrentium. Hic igitur Nilus cum ſuis alumnis, ex Diui Baſilij norma plures annos sãctiſſimè commoratus, inſeſſi Domicilij lucem, vitæ ſplendore geminauit. Poſtremò Aligernus ſanctitate, & reſtituti tertiò Caſinatis Cœnobij gloria conſpicuus, diſceſſit è vita Kalend. Decembris. An. 987.

Præfuit annis trigintaquinque.

M 2 Man-

MANSO.

ABBAS XXVIII.

MAnſo Pandulphi Capuæ Principis conſobrinus, ex Præpoſito Sancti Magni apud Fundos, Caſinenſi Cœnobio ſubditi, hoc anno Abbatis poteſtatem, & inſignia admittēs, vario euentu decennium exercuit. Caſinates Manſone rem adminiſtrante, quinq; Cœnobijs in Longobardia conſtructis, Oppido Rocchæ Siccæ propè Aquinum, Aquinate ipſo Comitatu, largiēte Pandulpho Capuano Principe, ſunt aucti. Abbatem interea Sodalitij commoda prudentèr, & oculatè promouentem, Capuanorum quidam ex inſidijs captum, per ſummum ſcelus, ſummãq; improbitatem exoculant. Manſo abdicata Præfectura ſeceſſit in remotiorem locum, vt oculis captus, futuræ vitæ æternitatem, mentis acie clariùs intueretur, & animo ardentiore expeteret. Radiabat hoc ſeculum clariſſimis noſtri Ordinis ſyderibus: In his Romualdus virtutum ſuarum iubar latiſſimè ſpargebat inſigni mortalium mutatione, ac fructu; quamuis enim ætate grandęuus, ac planè ſenex, corpore tamen, ac multò magis animo egregiè valens, ac robuſtus, plurimis in varias prouincias excurſionibus, Vrbes, atq; Oppida incolis depopulabatur, Eremum, ac ſolitudinem, frequentiſſimam reddebat. In expugnanda præſertim nobilitate,

ac

ac Principibus viris excelluit,quorum alios è vitiorum cœno ad honeſtæ vitæ munditiem, alios ab Aulæ delitijs,atq; opibus,ad Clauſtri paupertatem, ac labores,feliciter traduxit. Apud Othonem quidem Tertium,tantum valuiſſe perhibetur:vt eius ſuaſu Imperator longã, ac perdifficilem peregrinationem pedes obierit,ab Vrbe Roma ad Garganum Montem,Sancti Michaelis Archangeli,religione,ac cultu venerandum;&(quod longè maius eſt, multòq; admirabilius) eodem hortatore ſpopondit, ſi vita diutiùs ſuppeteret,relicto Imperio,ad religioſæ vitæ ſubiectionẽ ſe trãſiturũ. Romualdus igitur per occaſionẽ ſæpiùs apud Othonẽ cõmorãdi, plures ex eius familiaribus,ad ſuum inſtitutũ adiũxit. Cum hac illuſtri, & copioſa tyronum manu Romualdus per hos dies Caſinum venit, vt communi Parẽti Benedicto poſt debitum cultum,& preces, ſe ipſos venerabundi obſequentiſſimos filios offerrent, & ſpiritum, ac vires depoſcerent, arrepto inſtituto pares, & arduis rebus, quas moliebantur,pro Dei gloria, & animarum ſalute ſuſcipiendis,conſentaneas. Cæterùm reliquis omnibus, qui vnà cum Romualdo Caſinum inuiſere, præſtabat generis, & sanctitatis gloria Bonifacius; de quo apud Hieronymum Platum hæc referuntur. *Bonifacius autẽ annum circiter M. C. L. Regio ortus ſanguine, nempè vt ſcriptum eſt, Othonis III. Imperatoris propinquus, itàq; ei carus, vt animam ſuam appellare eum ſoleret, accepta Romualdi diſciplina,poſt diuturnam in ea actam pœnitentiam, motus eſt à Deo, vt Euangelium in Ruſſia prædicaret; quod illi Sanctus Pontifex, non modò conceſſit; ſed eum inſuper eius gentis Archiepiſcopum* De bono ſtatus Relig. l.2.c.29.

inſti-

inſtituit: qua ille auctus dignitate, nihil tamen de priſtino veſtium, & inediæ rigore remiſit: quinimò cum nudis pedibus equitaret, tanta erat vis frigoris; vt ex equo deſcendens, conglaciatum pedem à ſub hærente ferro euellere non poſſet, niſi aqua calida ſuperfuſa. Sed iſta quidem nuditas, ingentes breui peperit fructus. Nàm cum ad barbaram Ruſſorum gentem veniſſet, Chriſtique legem Regi prædicare cœpiſſet, creditus eſt primùm ab eo victus quærendi cauſa, noua commenta cricumferre. Verùm cum multa munera, quæ ei obtulerat, conſtanter recuſantem, inſuper etiam per medios ignes tranſeuntem vidiſſet, non ſolùm cum toto ſuo Regno Euangelium complexus eſt, ſed ipſemet, filio, quem habebat, hærede inſtituto, Bonifacij diſcipulus fieri decreuerat, idq; perfeciſſet, niſi paulò poſt Bonifacius, à Regis fratre impiè mactatus eſſet, quod ipſi quidem benè euenit, atq; ex vetere eius deſiderio, vt Chriſti Martyr fieret.

Neque ità multò poſt eodem Manſone Abbate, Adalbertus natalium, & virtutis ſplendore ipſe quoq; clariſſimus, Caſinum cum veniſſet, diù ibidem eſt cōmoratus. Qualis autem is fuerit, & quantus, præſtat ex eodē Hieronymo Plato cognoſcere. *Quid autem* (inquit) *de Adalberto dicamus, qui Pragenſis prius Archiepiſcopus, deinde Romam veniens, in Caſinenſi Monaſterio anno fermè 980. religioſam vitam diù profeſſus, vnà cum Gaudentio fratre, Monacho item Sancti Alexij Romæ, in Pannoniam abijt, ad diſſeminandam Chriſti fidem, vbi in Geiſam Regem incidit, diuino iàm anteà oraculo admonitum de eius aduentu. Itaq; ab illo cum honore exceptus, totam eam gentem, anteà feram, ac*

Eodem lib.

du-

duram, Chriſti cultu imbuit: mox ad Sarmatas digreſſus, Ruſſis, Lituanis, Moſchis, Pruſſianis, ſed præcipuè Polonis, eorumq; Regi Bolislao, Euangelium promulgauit. Deniq; in Pruſſia, cum ab impijs ad ſtipitem alligatus, ſeptemq; lanceis confixus palpitaret, egiſſe Deo gratias dicitur, quòd ſe Martyrij, quod tandiù iam optarat, compotem feciſſet. Obijt Manſo Abbas octauo idus. Martij.

Præfuit annis duodecim.

IOANNES SECVNDVS.

ABBAS XXIX.

IOannes Secundus ſpectatę probitatis vir, & honorum adæquè dignus, ac fugitãs, quam Monachorũ hortatu, ac precibus admiſerat, Caſinatis Collegij gubernationem, anno vix dum elapſo, ſuaptè ſpontè dimiſit. In Eremo Piretum dicta (vulgò Sanctus Comeo appellatur) reliquum vitæ Sanctiſſimè exegit; aliquot Religioſorum hominum contubernio vſus, quos eiuſdem propoſiti ſocios, ſecum deduxerat in ſolitudinem. Obijt Theobaldo Abbate (ſi tamen obijſſe dicendus eſt, cuius anima immenſo circumfuſa ſplendore coruſcans, viſa eſt abire in cœlum) Per idẽ tempus ſanctitate etiam emicuit non vulgari, Lucius Caſinas Monachus, à quo tradunt Cœnobiolum Sanctæ Mariæ de Albaneta, ſuum ortum, atq; originem traxiſſe.

Ionnes Dimiſſa præfectura Eremũ petit. An. 998.

Lucius Monachus ſanctitate inſignis Cœnobiolum Albanetæ ædificat.

Præfuit annum.

AP-

APPENDIX

DE SANCTO IGNATIO LOYOLA

Complures dies apud Albanetam pietatis ſtudijs animum excolente.

ALbaneta Monaſterium, ne dum ſui sãctitate conditoris eſt celebre; ſed aliorum etiam, cũ noſtri Ordinis Patrum, tùm Ignatij præſertim Loyolæ, Societatis Ieſu Sanctiſſimi Parentis, diuturna ibidem commoratione, cultum ſibi, ac famam longè maiorem cõparauit. Hic ſub initia ſuæ cõuerſionis, votiua peregrinatione ad Montem Serratum profectus, cum in Aede, tota Hiſpania, præcipiuò Deiparæ cultu celeberrima, Deo ſe, eiuſq; sãctiſſimæ Genitrici, traducta in precibus nocte, deuouiſſet: apud Ioannem Clanonem, Gallum genere, profeſſione Diui Benedicti alumnum (huius enim inſtituti ſodalibus concredita eſt Sacratiſſimi Templi procuratio (omnes vitæ ſuperioris noxas, per ſacram confeſſionem depoſuit; à quo etiam multis, egregijsq; præſidijs inſtructus fuit, non in præſens tantùm, ad animi expiationem, ac medelam; ſed ad eum quoq; Sanctitatis apicem, quò procedente tempore euaſit, ſecuriùs, faciliusq; aſcendendum: Si quidem ſpiritualibus exercitijs, ab eodem, excultus (quæ Garzias de Ciſneros admirãdæ virtutis Abbas, & Monaſtica diſciplinæ per omnem Hiſpaniam feliciſſimus Inſtaurator, paulò antè concinnauerat, quæq; ab anno 1500. typis euulgata, in noſtra Caſinati Bibliotheca viſuntur) mirabiles Cæleſtis inuenti fructus percepit. Ignatius itaq; hominem nactus, qualem ſalutis ipſius rationes requi-

S. Ignatius Ad Montẽ Serratũ peregrinatur.

Totius vitæ ſacram confeſſionem obit.

re-

Digitized by Google

rebant, & ipſe in primis exoptabat; Ioanni ſe totum aperuit, intimos animi ſui receſſus omnes cognoſcendos, atq; explorandos ſumma fide, ac ſinceritate patefaciens. Quin etiã Manreſæ (Oppidum eſt tres circiter leucas à Monte Serratò diſiunctum) aliquandiù ſubſiſtere decreuit, quà magnæ Virginis colendæ, quà ſpiritualis Patris conueniendi opportunitate inuitatus. At verò conſtituta iam Societate, Religioſæ profeſſionis vota nuncupaturus, tot inter Romanæ Vrbis Baſilicas, antiquitate, populiq; frequentia celeberrimas, illã delegit, quam Apoſtolo Paulo via Oſtienſi dicatam, Benedictini Patres vnà cum adiuncto Cœnobio, antiquiſſima poſſeſſione adminiſtrant; vbi è ritu, ac formula ſui inſtituti ſacram illam ceremoniam perageret; demum aliquot poſt annos Caſinum religioſè inuiſens, ad Albanetam ſe contulit, locum, à primario Monaſterio ad quingentos paſſus, diſtantem. Hic dies ipſos quadraginta tranſegit, prorſus ex animi ſui ſententia; nemine ſcilicet mortalium iucundiſſimam cum Deo, ac ſuperis conſuetudinem, ſuiq; ipſius diligentem cultu- ram prohibente. Fertur etiam in ea ſolitudine Ortizium Cæſaris Oratorem (qui cum Roma Caſinum aduenerat) diuinarum rerum accurata tractatione, ad Chriſtianam pietatem ſedulò exercuiſſe. Quin etiam fama eſt, à maioribus noſtris ad poſteros inuiolabiliter tranſmiſſa, S. Ignatium in Albaneta domicilio diuerſantem, conſtitutionum, (quas poſteà Sodalitati ſuæ præſcripſit) prima veluti rudimenta delineaſſe: quippe qui lectitandis, expendendiſq; ibidem SS. Patrum, qui Religioſas familias condidere, Sanctionibus, ac Regulis: alia ab alijs; ſed plura vtiq; ac meliora è Diui Benedicti ſapientiſſimis decretis, quæ ad Inſtituti ſui rationem commodè transferri poſſe arbitrare-

Vide Patrẽ Petrum Ribadeneyrã in vita Sancti Ignatij c. 3. & 4. & P. Antoniũ Yepes tom. 4. Cronicorũ Generalium Ordinis *D.* Benedicti Cẽturia quinta c. 2. de Cœnobio Montis Serrati pag. 236.

N *tur*

tur , ſcripto adnotata ſepoſuit; Ex quibus deindè magnam partem eas leges Ordini ſuo conflauit , quarum, e praxi , vſuq; tàm ingens , ac multiplex vtilitas, ad Chriſtianam Rempublicam breui deriuata eſt : vt Orbis vniuerſus admiretur , & obſtupeſcat . Multis praterea Deus indulgentioris beneuolentia argumentis commorantem apud Albanetam Ignatium eſt proſecutus,tùm praſertim , cum illi inter orandum Socij cuiuſdam è ſuis animam in Cœlum ſubeuntem , clara in luce ſpectandam exhibuit ; vt SS.Patriarcha Benedictus videri potuerit , diuerſanti domi ſua Ignatio , & pulcherrimo operi intento gratificari voluiſſe ; impetrata illi diuinitus communicatione miraculi , quo ipſe animas Scholaſtica Sororis , & Germani Capua Epiſcopi,ad ſuperos euolantes , tot antè ſeculis conſpexerat Quo iniquiùs ferendum nobis eſt,ac dolendũ magis, inuentũ eſſe ſuperioribus diebus neſcio quem, qui opuſculo D.Conſtantini Caietani Abbatis,pluribus iã euulgatis recondita eruditionis lucubrationibus percelebris,praſixo nomine,Venetijs impreſſo,probroſa in S.Ignatiũ,eiuſq; Societatẽ inſerere ſit auſus, qua,praterquàm quòd ab Auctoris propoſito themate,ac ſcopo aberrant longiſſimè,tã impudentẽ, putidamq; obijciunt legentiũ oculis,ac mentibus rerum turpitudinem;vt à probis,honeſtiſq;hominibus, ne leuiter quidẽ, ſine rubore,ac ſtomaco percurri poſſint;tantũ abeſt,vt prudens quiſquam ſibi perſuadeat,ab homine religioſo,eodemq; Praſule,non tam canicie capitis,quàm vita totius innocẽter laudabiliterq; traducta fama, venerando,exarata fuiſſe,typiſq; Chriſtiano Orbi ad legendum propinata . Iure igitur optimo Caſinenſis Reſpublica , cùm modeſtia ſua , & in omnes Religioſas familias ſingularis obſeruantia conſcia;

ſcia ; tùm maiorum ſuorum beneuolentia , humanitatis , & cultus in Ignatium Loyolam , dum hoſpes apud eos diuerſaretur,non immemor ; iſtius (quicumq; demum is fuerit) impudentiſſima temeritate, non poteſt non vehementer commoueri , ac ſuccenſere, qui virum eximia probitate , & ſanctiſsimis moribus celebrem, publiciſq; Eccleſiæ tabulis Diuorum albo adſcriptum,ludos facere,eiuſq; Religioſiſsimam,atq;doctiſsimam Societatem,criminari,& in ſummam apud omnes inuidiam petulanter vocare voluerit,Caſinatis Monachi, adeòq; Abbatis perſonam ementitus.

IOANNES TERTIVS.

ABBAS XXX.

IOannes Tertius apud Beneuentũ genere, & Archidiaconatu nobilis , inter Religioſi ſeceſſus tenebras, apud Caſinum multò euaſit illuſtrior ; Ieroſolymam aliquot poſt annos à ſuſcepta religione profectus,in Sinai Monte , ſexennium ſanctiſſimè traduxit. Indè in Græciam ſe recipiens,dum ignotus in Cœnobio Montis Agynorij,tranquillo animo degit , à Diuo Benedicto in ſomnis,Paſtoralem illi virgã porrigente,admonetur , iubeturq; Italiam, & Caſinum repetere. Nocturna viſione cum Præfecto ſodalitij communicata , de illius approbatione,ad ſuos regreſſus , ele-

Ioannes Hieroſolymam profectus, in Monte Sinai ſexennium moratur.

ctusq; in Abbatem, aucto ſodalium numero, reſtituta melioreni in modum Clauſtri diſciplina, propagato per Illiricum Diui Benedicti inſtituto, Monachorum, quos illuc direxerat, labore, atq; induſtria: impetratis ab Othone, qui Caſinum voti, ac religionis ergò inuiſerat, priuilegijs, ac muneribus: templo magnificentiùs exculto; Magiſtratus, ac vitæ curſum expleuit; cum paulò antè Rotundulum Nepotem ſuum, recenti adhuc conuerſione Monachũ, in Caſinate Præfectura ſibi ipſe ſubſtituiſſet: reclamantibus, & indignè ferentibus alijs; quippe contra domeſticarum legum ſancita, contra vetuſtiſſimam loci conſuetudinem, non expectatis, nec requiſitis quidem Patrũ ſuffragijs, nouo, eodemq; adoleſcente, in viuẽtis adhuc Abbatis locũ, ac munus ſubrogato. Qua nimirum determinatione Ioannes, ſuo exemplo, ac periculo monuit, quantum in religioſis cœtibus, vel integerrimis viris, à carne, & ſanguine, & quauis alia minùs ſincera affectione timendum ſit, cauendumq; in deferendis honorum titulis, ac muneribus; quando propenſior in conſaguineum affectus, hominem, toto vitæ decurſu innocentiſſimum, maioris ſemper profectus, & ſanctitatis appetentẽ, & à Sanctiſſimo Patriarcha (quod magis mirere) ad ampliſſimæ Domus regimen Diuinitus inuitatum, ac penè compulſum, in extrema tandem ſenectute, trãſuerſũ agit, ac doloſè ſupplãtat; egregij alioquin Præſulis exiſtimatione, ac ſalute, magnum in diſcrimen reuocata. Obijt 15. Calend. Aprilis. Per ea tempora Lãdulphus Salerni Principatu dimiſſo, ſui potens, ac Dominus, religioſam ſeruitutem, apud Caſinum profeſſus eſt.

D. Benedicti inſtitutum in Illirico profert.

An. 1011.

Præfuit annis duodecim, menſibus ſex.

Athe-

ATHENVLPHVS.

ABBAS XXXI.

Athenulphus Pandulphi, Beneuētani Principis filius, qui Clauſtri humilitate, ac parſimonia, ſeculi claritatem, atq; opes ſapienter commutarat: ex Monacho Sācti Modeſti apud Beneuentum, Caſinēſis Abbas, hoc eodem anno ſublectus eſt. Athenulfus Beneuenti Principis filius.

Ab Imperatore Henrico, alijsq; Principibus Viris, præter bina Oppida, multas item opes, ac luculenta prædia Cœnobio impetrauit. Ab Imperat. aliisq; Principibus viris muneribus colitur. Vrbem S. Germani, à S. Berthario inchoatam, ædificijs, ac Ciuibus inſigniter auxit. Monaſticæ vitæ leges, quæ tota Germania laxius, remiſſiusq; ſeruabantur, operam dedit, vt ad priſtinæ ſeueritatis cuſtodiam reuocarentur. Aſſiduis Comitum Aquinatum inſidijs fatigatus, Normannorum militum cohorte, quos in auxilium aduocarat, prope S. Germanum collocata, & ſuæ ipſius ſaluti, & Cœnobij rebus, prudenter conſuluit. Apud Henricum Imperatorem, vnà cum fratre, Beneuenti Principe inſimulatus, quòd Dattum quendam interimendum curaſſet, Imperatori charum in paucis, ac fidelem: arrepta fuga, Germanorum vim, atq; inſidias anteuertit. Apud Impe. accuſatus arrepta fuga ſibi conſuluit. Quare Hydruntum profectus, dum cōſcenſa naui Bizantium, ad Imperatorem properat, non longè à portu, facto naufragio, vnà cum ſocijs, ſubita maris tempeſtate abſorbetur; mitiore fato functurus, ſi prænuntia- Naufragiū fecit. Ann. 1022.

tam

Multa priuilegiorum Authographa Caſinatis Archiuij cum Athenulfo periere.

tam Diui Benedicti nomine tempeſtatẽ, omiſſa in præſens nauigatione, declinare voluiſſet. Auxit infortunij magnitudinem multorum iactura priuilegiorum, quæ ſecum Athenulphus deferebat, quò ab Imperatore confirmarentur, vt minus mirum videri debeat, plura authographa (in his nominatim ampliſſimæ Donationis à Tertullo, Sancti Placidi Patre conceſſæ) in Caſinati Tabulario deſiderari. Quindecim annos Cœnobium inſigni cũ laude eſt moderatus. Quo tempore trium Caſinatis ſodalitij Patrum præ cæteris religio, ac ſanctitas miraculorum frequentia enituit. Azzonis videlicet, Præpoſiti S. Angeli in Valle Lucis, Guinizzonis item, ac Ianuarij, quorum corpora ex Monaſterio Sancti Nicolai de Ciconia, ad ædem Caſinatem translata olim, & in Sacrario repoſita, longo poſt tempore, à Simplicio Caffarello Abbate, peculiari ſacello pereleganti, ad augendam venerationem, recondita fuere.

Ap. Caſinũ præcipua sãctitate clareſcunt Guinizzo, Ianuarius Nicolaus.

Præfuit annis quindecim.

THEOBALDVS.

ABBAS XXXII.

THeobaldus apud Marchiam Theatinam claris ortus parentibus, cum in S. Liberatoris de Maiella Præpoſitum ageret (quem locum elegantioris architecturæ ſtructuris ſpectabilem reddiderat)

apud

apud Caſinum electus eſt Abbas, præſentibus Henrico Imperatore,& Benedicto Papa VIII. Monachorũ electionem, factumq; approbantibus: Poſtridiè electionis,ab ipſomet Pontifice conſecratur. Annis tredecim rerum ſummam apud Caſinates ſapientiſſimè adminiſtrauit, magno ſubditorum commodo, magna ſui nominis prædicatione,ac fama. Per eos dies Henricus Imperator Diui Benedicti Numen,eiuſq; Sanctiſſimi Corporis Conditorium ſingulari religione proſequebatur: quem etiam dicere ſolitum tradunt, ex omnibus Diuorum Baſilicis, quas vſpiam conſpexiſſet, nullam omninò eſſe, quæ ſibi religioſior Caſinate videretur, acrioreſuè pietatis ſtimulos,animo ſuo admoueret. Hic igitur cum apud Caſinum aſperrimo calculi dolore, quo ſæpius vrgeri conſueuerat,ſolito vehementiùs cruciaretur, Benedictus Clientẽ ſuum per quietem de Cœlo inuiſens, eo doloris ſenſu, ac moleſtia perfectiſſimè in reliquum vitæ tempus liberauit. Henricus poſtridiè manè conuocatis in Exedram Theobaldo Abbate, ac Monachis,humaniter ab eis ſciſcitatur, qua illum mercede remunerandum cenſeant, cuius opera deſperatam ipſe valetudinem ſubitò recuperaſſet; cumq; omnes exquiſitis muneribus donandum pronuntiaſſent, opeſq; Cœnobij promptiſſimis animis eam in rem detuliſſent;Atqui ſcitote(excepit Henricus) hanc ipsã cumulatæ benignitatis mercedem,à me vobis dependi oportere, quorum Parens,Authorq; Sanctiſſimus,recrudeſcente morbi acerbitate, confectum me,ac penè deficientem, proxima nocte,ſanitati reſtituit. Quæ cum diceret, prolatis tribus calculis, quos mane è lecto conſurgens, ex nocturna Benedicti vaticinatione,egeſſerat

In Abbatem eligitur præſentibus Romano Põtif. & Imperat.

Hẽrici Imp. religio in D. Benedictum

Henricus à D. Benedicto calculi morbo liberatur.

ſerat, lacrymis præ gaudio, ac religione profuſus, fidem miraculo adſtruxit: deindè gratijs ſoſpiti ſuo cum larga pretioſæ ſuppellectilis largitione perſolutis, accepti beneficij memorem, ac gratum ſe præſtitit. Oppidum inſuper Vandræ Monaſterio conceſſum, ſuæ in Caſinates propenſiſſimæ voluntatis, maius adeò argumentum eſſe voluit. Benedictus Summus Pontifex, qui cum Henrico per id tempus Caſini morabatur, & ſacri Præſulis, Aulicorumq; bona pars, pro ſua quiſq; facultate, ac cenſu, Caſinatem Eccleſiam eximijs donarijs perornarunt. At verò Henrici quà magnificentia, quà pietas hiſce finibus, quãquàm latiſſimis, contineri non potuit. Domum regreſſus, confeſtim alia inſuper dona, pari cum ſuperioribus pulchritudine, ac pretio viſenda, ad antiquam Benedicti ſedem tranſmiſit: dumq; in animo penitus infixam religioſiſſimi Cœnobij ſanctitatem, & pia Monachorum ſtudia ſecum ipſe attentiùs expendit; tanta perfectioris vitæ cupiditate incenſus eſt: vt perſanctè Deo promiſerit, ſe, vbi maioribus Imperij curis, quibus in præsẽtia diſtinebatur, emerſiſſet, reliquum ætatis inter Caſinates, ex eorundẽ inſtituti formula traducturum. Nec dubitari poterat, quin Henricus pro ſua inſigni virtute, & ſanctimonia, obligatam Numini fidẽ, ſumma religione liberatus fuiſſet, niſi mors abſoluendis grauioribus Reipublicæ negotijs intentum, opinione celeriùs oppreſſiſſet. Theobaldi etiam Magiſtratu, Cœnobium ſuo aduentu, ac præſentia nobilitauit magnus ille Odilo, Cluniacenſis Monaſterij Cœnobiarca; Magnus quoq; per eos dies Sanctorum prouentus fuit inter Caſinates Monachos, quorum è numero celebrantur in primis, Sancti Adelmanus, Paulus

Suum Soſpitem, ac Tutelarem muneribus veneratur.

Henricus religioſam vitam inter Caſinates vouet.

lus, & Dominicus Soranus eiuſdem loci, & diſciplinæ alumni. Demùm Theobaldus à Pandulpho Capuano Principe, qui Cœnobij fortunas, ac bona ſibi vindicare conabatur, ſede pulſus, ad Sancti Liberatoris Monaſteriũ ſe recepit, vbi à furioſo, ac turbulento Principe agitatus, religioſæ ſolitudinis quietem, atq; otium toto quinquennio vberrimè deguſtauit. Migrauit in Cælum tertio nonas Iunij.

Theobaldus ſede pulſus ad Sancti Liberatoris ſe recipit, ibiq; fato fungitur. ann. 1035.

Præfuit annis tredecim. Vacauit ſedes annum circiter.

BASILIVS.

ABBAS XXXIII.

BAſilius genere Calaber, Pandulpho Capuano Principe adnitente, fruſtrà Monachis renitẽtibus, Caſinatẽ Magiſtratũ occupauit, anno 1036, tenuit annos omnino duos; Ne diutius retineret, metu Conradi Imperatoris prohibitus, quem inaudierat, primo in Italiam aduentu, Caſinatem Abbatiam, è Pandulphi tyrannide, in libertatem erepturum. Itaq; Conſtantinopolim cum eodem Principe digrediẽs, Monachis ius, ac libertatem reliquit, quem maximè vellent, in eius ſedem, ac locum eligendi.

Ann. 1038.

Præfuit annis duobus.

O Ri-

RICHERIVS.

ABBAS XXXIV.

Richerius primus Abbas Leodiēſis, deinde Caſinas.

RIcherium Natione Bauarum, Cœnobij Leodienſis Abbatē,nihil impenſiùs Caſinati ſodalitio,ad ampliſſimā Pręfecturā commendauit,quàm ipſius animi moderatio,ab omni Præfectura, Magiſtratuq; admittendo,remotiſſima. Hunc ab inſigni probitate, ac ſapientia Conrado Imperatori cariſſimum, Caſinates moderatorem ſibi delegerunt. Diù, multùmq; rogandus fuit Cæſar, antequam hominem, longo rerum vſu,tractandisq; ſingulari prudentia Imperij negotijs, à ſe diuelli pateretur: nec minùs cum Richerio ipſo laborādum,vt oblatam dignitatem admitteret. Tandem Monachorum,& Gislæ Imperatricis aſſiduæ, ac penè importunæ preces, quod erat in votis, ab vtroq; impetrarunt. Quarè facili negotio Richerius ſuſcepta adminiſtratione,multa Oppida, Eccleſias,opulentaq; munera ab eodē Cæſare, alijsq; Magnatibus retulit. Nobiliſſimorum Hoſpitum ſuſceptione, ac beneuolentia,ſi quiſquam alius ſuorum Deceſſorum,floruit. In primis Leo Nonus,ſumma virtute, atq; innocētia Pontifex, Richerio Abbate,quater Cœnobium inuiſēs, clariſſima reliquit erga Caſinates,humanitatis,ac munificentiæ documēta;quippe dedignatus nō fuit,in cōmuni cœnaculo vnà cū Monachis cibū ſumere,eoſdē in Exedra cōgregatos hu-

Conrado Imperatori acceptiſſimus.

humaniſſimis verbis alloqui, duodenis ex eorum ſodalitate pedes abluere, ſuoſq; viciſſim præbere abluendos. Ad vltimum, quidquid conſilio, auctoritate, atq; opera valeret, ipſorum commodis, atq; exiſtimationi ſe valere, & quoad viueret, valiturum ſemper, amantiſſimè conteſtatus. Neq; his contentus Leo Pontifex, peramplum priuilegium, & Monaſterium Sancti Stephani apud Tarracinam, Caſſinatibus conceſſit. At verò Conradus Imperator, vnà cum Giſla vxore, dum apud Caſinum diuerſaretur, auditis Patrum calamitatibus, quas per multos annos, Pandulphi Capuæ Principis odio, atq; acerbitate pertulerant, effuſus in lacrymas, ſeuerè profeſſus eſt, ſui in Italiam aduentus, non aliam ex multis, iiſdemq; grauiſſimis, potiorem cauſam, quàm deſtinatam Caſinati Domicilio tutelam, ac patrocinium extitiſſe: animos proindè aſſumentes, meliora ſperarent, ac de ipſo ſumma ſibi omnia, & in omnem euentū paratiſſima, indubiè pollicerentur. Cuius grauiſſimi ſimul, ac liberaliſſimi promiſſi certiſſimum pignus fuit, conceſſus in Abbatem Richerius, dejectus Capuæ principatu Pandulphus, Cœnobij hoſtis infeſtiſſimus, ac implacabilis, & miſſæ poſtmodū ab Germania Monachis, in ſummo rerum diſcrimine, præ militum inopia conſtitutis, auxiliares copiæ. Paria etiam Richerius amoris, & beneficentiæ exempla, in Henrico Cæſare Conradi filio, erga ſe, ſuamq; adeò familiam omnem perſpexit. Is enim Capuam contendens, Caſinum religiosè inuiſit, ſummo honore ſuſceptus, atq; habitus: in diſceſſu verò non pretioſo tantum aræ amictu, & purpurea veſte, auro, gemmiſq; diſtincta, ſed auri etiam pondere, non contemnendo, Diui Benedicti Sa-

cros cineres eſt veneratus. Neq; plures alij defuere, præter Romanum Pontificem, ac duos Cæſares, qui per hæc tempora ſuam, & ipſi in Sanctiſſimum Patriacham religionem, inſigni liberalitate teſtati ſunt. Ex his duo Capuanæ Vrbis Ciues perhoneſti, & locupletes in primis, Caſinatium diſciplinam amplexi, Cœnobium hæredem fecerunt ex aſſe. Porrò hæreditas luculentis prædijs ſanè multis, & duobus Oppidis conſtabat; quorum pietatem, ac vitæ melioris propoſitum æmulatus eſt, egregiè Trāſimundus, Theani Comes: qui cum antea Caſinates hoſtiliter perſecutus, ſtrenuè diuexaſſet, tandem grauiſſimi morbi beneficio reſipiſcens, ingentem pecuniæ vim, agros, campoſq; magno numero, & tria ſuæ Ditionis Caſtra, Richerio Abbati, infimis precibus ad ſe euocato tradidit, ſe inſuper Diuinis obſequijs apud Caſinum, ac religioſæ vitæ deuoto; Illud etiam Richerio, ſi quid vnquā aliàs, iucundiſſimum accidit, ac gratiſſimum, quòd Friderico Gothifredi, Lotharingiæ Ducis fratri, cùm eximia integritate, ac ſapientia, tùm Cardinalatu etiam, & obita nuperrimè, Pontificis iuſſu apud Bizantij Imperatorem honeſtiſſima legatione, clariſſimo, Monachorum veſtem, ac contubernium enixè flagitanti, morem geſſit. Magnam quoq; hauſit animo voluptatem, cum Stephanus Pannoniæ Rex, ea gente ad Chriſtum traducta, & vitæ ſanctitate, miraculiſq; Orbi notiſſimus aurea corona per certos homines D. Benedicto tranſmiſſa, Monachorum manipulum, ad Ordinis noſtri in Pannonia propagationem, ardentiſſimè poſtulauit: cui confeſtim legatis, in eā prouinciam magnæ integritatis, & doctrinæ Patribus, gratificatus eſt. Plura Monaſterij loca, alia aliò tempore à diuer-

Caſinates petente S. Stephano Rege in Pānoniam proficiſcuntur, propagandi Ordinis gratia.

diuerſis occupata, denuò redegit in poteſtatem, Caſtro S. Angeli, quod ipſe conſtruxerat, muris amplioribus circũſepto, pontem adiecit, quo Lyris fluuius ſecuriùs, cõmodiuſq; traijceretur. Diuturnis Aquini Comitum, ac Normanorum armis, præcipitiq; furore diuexatus, dum Cœnobij libertatē, ac fortunas conſtanter tueretur, ab vtriſq; feliciter ſe expediuit; nàm acceptis à Conrado Cæſare copijs, aliorumq; Principum ope, ac potētia nixus, Normannos ab Oppidis Monaſterij coegit, ad vnum omnes excedere. In Aquini verò Comites acerbiùs de Cœlo, eſt vindicatũ: duobus millibus, ac quingentis ipſorum ciuibus, intra vertentem annum, peſtilentia extinctis. Omnibus, Cęnobij Caſtris, murorum ambitu communitis, Normannorum loco, quibus minimè fidebat, Agreſtes hinc, indè è Cœnobij Villis traductos, ſubſtituit. Tādem apud Aeternum fato functùs, in Sancti Liberatoris Monaſterio ſepulturæ mandatur. Rerum piè, ac fortiter geſtarum immortali gloria memorandus. An. 1055.

Præfuit annis ſeptemdecim, cum dimidio.

PETRVS PRIMVS.

ABBAS XXXV.

PEtrus omnium votis expetitus, contra ſuũ votum, Abbas creatur, eodem anno, menſe Decēbri; ſed admiſsã inuito animo gubernationē, ſpontè abdicauit, anno, ac menſibus quinq; poſt-

poſtquã adminiſtrare cœperat. Indè maioris otij,ac religioſæ tranquillitatis appetens, Monaſterium Sancti Angeli in Valle Lucis, ſuæ ſenectuti domicilium elegit, cui & viuens, & vita functus,miraculorum gloria,& aſſiduitate,ampliorem lucem,& reuerentiam comparauit. Duo in primis memorantur præclara admodum, & ſcitu non iniucunda. Quorum alterum ità ſe habuit. Petro cum Monachorum manu, demetendis in campo ſegetibus occupato, mutata repente in obſcuras, denſaſq; nubes Cœli ſerenitate, copioſiſſimus imber, iam iam ruiturus impendebat. Hic(vt tali tempore,ac loco fieri amat) meſſores omnes trepida fuga, (quo ſeſe imminenti nimbo ſubducerent) abitum feſtinè adornantes, Petrus in opere continuit: iuſſos,depoſito pluuiæ metu, in incœpto perſeruare: tum prouolutus in genua,breui,ſed lacrymis admixta oratione, exorato Numine,impetrauit; vt imber circumquaque vberrimè decidens, religioſas operas, medio in agro laborantes,ne attingeret quidem. Alterũ tradunt in hunc modum accidiſſe. Lupus,vicini Montis incola, Monaſterij caulas frequenter irrumpens, prædas agebat impunè:nulla Paſtorum neq; arte, neq; induſtria, in eo ad necem perquirendo,feliciter procedente:cum Petrus cognita aliquando recenti montanæ beſtiæ rapina,ſecedit in templũ,precatur breuiter, diſcedit:mox in regreſſu,Lupum ad ſeſe accurrentem conſpicatur, quem in Templi limine opperiens, præſentẽ obiurgat,iubetq; ſublatam nouiſſimè ouiculam,ad ſeſe reportare; tum Cœnobij gregem, ne diminuat, offendatuè amplius in poſterùm,ſeuerè indicit. Mirum dictu, Lupus,ferum animal,& carniuorum,interceptam pecudem continuò retulit;

Petrus Diaconus de viris illuſtribus Monaſt. Caſin.

tulit;

tulit;& Monaſterij ouile nunquàm acceſſit in poſterùm. Petrus ore, ac vultu vſq; adeò fuit ad religioſam pietatem, ac modeſtiam compoſito; vt Henricus Cæſar, cum apud Caſinum diuerſaretur, tranſeunti forte Petro aſſurgens affirmarit, neminem vnquam in Clauſtris ſe vidiſſe, aſpectu magis venerabili, & Angelicam ſpeciem expreſſiùs referēte. Per hos dies Ioannes Bitontinus Monachus Caſinas miraculis penè quotidianis inclaruit, conſtructo etiam à ſe Lucenſi Cœnobio (cui Sancti Gregorij nomen eſt) longè illuſtrior.

S. Petri religoſa compoſitio, & moleſtia inſignis.

Præfuit annum, ac menſes quinque.

FRIDERICVS.

ABBAS XXXVI.

FRidericum rariſſimis fortunæ muneribus clariſſimum, pulcherrima ingenij, ac morum ornamenta, multò conſpectiorem reddidere. Regia ſtirpe oriundus, Gozilonem Lotharingiæ Ducatus Dynaſtam, parentem habuit, Fratrem Gottifredū, cui ſupra Auitæ Ditionis opes, ducta in matrimonium Matilde, omnium omnis ætatis fœminarum, longè ſpectatiſſima, Hetruſci Dominatus dotales tituli, prouētusq; acceſſere. Vt autem ingenio erat Fridericus bonarum artium apprimè capaci, & ad ſtudia pietatis propenſiſſimo,

Regia ſtirpe ortus, Parentem habuit Hozilenem, Lotharingię Ducem.

mo, Naturæ fauentis inuitamẽta, ductumq; ſtrenuè proſequutus, illuſtri Sapientiæ, ac Sanctitatis fama celebratur. A Leone Nono inter purpuratos Patres cooptatus, Bizantium cum Legatione mittitur, quò ſublatis diſſidijs, quibus Græci ab Latinis diſſidebant, vtramq; Eccleſiam ſtabili inter ſe cõcordia deuinciret. Quo ille munere ſanè arduo, & cõfectu perdifficili egregiè perfunctus, Vrbe repetita, cum Leonem fatis conceſſiſſe, reperiſſet, ſeculi tædio, ac ſatietate captus, Caſinum demigrat, vbi poſitis honorum inſignibus, ad exactam religioſæ humilitatis legem ſe totum compoſuit; eo exitu, vt biennio poſt, communibus Monachorum ſuffragijs, Cœnobij Magiſtratum adeptus ſit. Quare delati muneris confirmationem petiturus (nec enim fas erat Caſinatem Præfecturam, Romani Pontificis iniuſſu adire) Florentiam, vbi per eos dies Victor Secundus degebat, ſe contulit, à quo non ſolũ Abbas (quod quærebatur) ſed iterum etiam Cardinalis, præter opinionem, ac votum renuntiatur. In reditu è Tuſcia, dùm Romæ etiam tùm ſubſiſteret, nuntiato Victoris obitu, mirifica Sacri Senatus conſpiratione, in demortui Pontificis locum ſublegitur, adeò inuitus, ac reluctans, vt per vim ex hoſpitio ad Baſilicam Sancti Petri ad vincula educendus fuerit: Poſtridiè ingenti omnium ordinum acclamatione, ac lætitia conſecratus, Stephani Noni appellatione inſignitur; Rẽ Chriſtianam, quam perinuitus ſuſceperat, prudẽtiſſimè temperauit; Si quidem adiecto animo ad veteris diſciplinæ inſtaurationem, multa piè, ſapienterq; conſtituit, coercendæ Clericorum licentiæ, & deprauatis moribus corrigendis, accommodata; Caſinum indè profectus, auctoritate

Inter Cardinales cooptatus.

Bizantium mittitur, Græcam Eccleſiã cum Latina cõciliaturus

Apud Caſinum fit Monachus.

Creatur Abbas.

Iterum Cardinalis.

Pontifex Inuitus creatur.

ritate,ac monitis perfecit, vt nonnulla tollerentur, quæ Sanctiſſimæ Diſciplinæ puritati pernitioſa in Cœnobij mores,per incuriam irrepſerant; tum Deſiderio Abbatis munere,atq; inſignibus exornato,Romam ſe retulit: Ac paulò poſt Petrum Damiani Rauennatem, ſanctitate, ac litteris, & rerum gerendarum peritia inclytum, ab Eremo fontis Auellanæ in Vrbem euocatum, Oſtienſi Eccleſia decorauit,vt tanti viri conſilio, atq; opera præclaras conſtituendæ Eccleſiæ cogitationes,quas animo continenter voluebat, rebus ipſis faciliùs expleret. Henricum Imperatorem Quartum,quòd Sacerdotia,Abbatias, Epiſcopatus aperta Sacrorum nundinatione, venalia haberet, cum ſimoniacæ hæreſeos inſimulare, tùm piorum cœtu prohibere non dubitauit. Mox Roberti Guiſcardi conſilijs, incœptiſq; cum ſe opponere decreuiſſet, Eccleſiaſticæ Ditionis limites crebris incurſionibus diuexantis, in Hetruriam contendit, Gottifredi fratris auxilio, opportuna belli præſidia paraturus: Verùm in ipſa rerum molitione, atq; apparatu impigrè verſantem, præmatura mors, ſingulari omnium dolore, ac luctu, & ſummo Reipublicæ incommodo extinxit. Pontificem egit decem menſes, non ampliùs; quo toto tempore tàm multis curis, ac negotijs diſtentus eſt, vt penè reſpirandi ſpatium non habuerit. Hoc ſolùm in ſummo Magiſtratu felicitatis nactus, quòd inuitè admiſſum, dimiſit breui. Honorum, inſignia, & titulos, quàm qui maximè fugitans, nunquàm tamen, niſi maximis in honoribus vixit. Quin etiam à funere multis nobilitatus prodigijs, Superum beatitatem iuxtà, & ſummam mortalium veneratio-

Deſiderium Abbatem ſibi ſubſtituit.

Petrum Damiani Romã aduocat.

Henricum Imperat. ſacrorum communione interdicit.

nem, cultumquè promeruit. Obijt 4. Kalend.
Ann. 1058. Aprilis.

Præfuit menſibus decem.

DESIDERIVS PRIMVS,

ABBAS XXXVII.

EXmia religioſæ humilitatis ſpecies cùm in obſcuris alioquin hominibus vehementer elucet, tùm verò contemptas inter opes, Nataliumq; claritatem, multò luculentiùs ſplendorem ſuum explicat, rapitq; in ſui admirationem intuentes. Hoc ipſum Deſiderius noſter, ſi quis alius, ſuo exemplo declarauit, qui ſumma generis nobilitate, cum inſigni Chriſtianæ demiſſionis ſtudio, horumq; neglectu coniuncta, maximam mortalium admirationem, atq; obſeruatiam promeruit. Is Beneuentani Principis filius, cū in ſpem ampliſſimæ hæriditatis, vnica Parentum proles, intenta cura educaretur, ad animi remiſſionem, honeſtasq; oblectiones ab indulgentiſſimo ſuorum amore, paratiſſima habebat omnia: Verùm ille cum à primis annis amores ſuos, ac delicias in Cælo collocaſſet, in tanta Domeſticorum facilitate, ac licentia, modeſtiſſimè ſe gerens, Clauſtri potiùs frugalitatem, & continentiam, quàm Parentum blandicias, aulæq; lenocinia ſectabatur. Adulta poſtmodum ætate, ſolitudinis deſiderio

Deſiderius Beneuētani Principis vnica proles.

ad

Digitized by Google

ad Anachoretam neſcio quem clàm ſuis aufugit, ſed diligenti, ac ſubita ſeruorum perquiſitione inuentus, domum inuito animo reducitur. Tandem elato patre, à Siconulfo Monacho ſacra tonſura inſignitus, eiuſdem conſilio, & opera, perpetuis ſui corporis cuſtodibus prudenti calliditate eluſis, noctu Salernum Beneuento contendit, vndè poſtea reuocantis matris ſupplicationes, & lacrymas, pia crudelitate reijciens, abduci ſe, haud quaquam eſt paſſus. Procul à Patria, cùm alijs alibi religioſæ vitæ magiſtris, tùm per aliquot menſes apud Cauenſe Cœnobium Alferio Abbati, viro planè ſanctiſſimo, ſtrenuè operam nauauit: cuius præclara inſtitutione, atq; exemplis ditatus, egregiùm ſolidæ pietatis tyrocinium fecit. Indè aliquot annis à ſuſcepta Religione Caſinatis familiæ contubernium, fauente in primis Romano Pontifice, impetrauit. In religioſiſſimum Cœnobium receptus (vbi ſacram profeſſionem emiſit) tametſi nihil æquè in votis habebat, quàm latere, & neſciri: eius tamen inſignis vitæ probitas, & in rebus gerendis cautio, ac ſolertia quædam admirabilis, breui perſpectæ, ac cognitæ, inuitũ licet, ac repugnantem, procurandis magni momenti negotijs implicuerunt. Illum vno, eodemq; tempore Caſinas cœtus ad ſupremam Monaſterij gubernationem, illum Romanus Antiſtes, ad honeſtiſſimæ legationis munus, in rem Eccleſiæ depoſcebat: cuius deſiderio, ac petitioni, cum Monachorum vota (vti par erat) conceſſiſſent, Deſiderius Apoſtolicæ Sedis Apocriſarius, ad Michaelem Imperatorem, cognomento Stratioticum, renuntiatur; ea tamen lege, vt expleto legationis tempore, Conſtantinopoli in Italiam reduxe, Caſinatem Præfecturam capeſſeret;

In Eremum ſecedit.

A Siconulfo Monacho religioſo habitu donatur.

S. Alferij Abbatis Magiſterio vtitur.

Romani Põtificis opera inter Caſinates admiſſus eſt.

Sedis Apoſtolicæ Apocriſarius ad Imperatorẽ legatur.

Digitized by Google

Iamq; iter ingreſſus, opportunam ſoluendi tempeſtatem opperiens, Barij ſubſtiterat; cum ecce tibi ex improuiſo

Cœnobii Caſinatis Adminiſtrationẽ capeſſit.

Summi Pontificis morte, certis nuntijs Caſinum perlata, reuocatur ad ſuos: reducem ingenti omnes lætitia, ſummaq; gratulatione excipiunt, & Parentem æquè, ac Præſidem reuerenter conſalutant. Accepto Magiſtratu Deſiderius, illud antiquiſſimum habuit, vt Monachos ab caducarum rerum cura, & ſollicitudine expeditos, ad animorum culturam, cæleſtiumq; bonorum commentationem ſeriò traduceret. Tum verò ædificationem aggreſſus, Monaſterium quà vetuſtate fatiſcens, quà obſcu-

Monaſteriũ nouis ædificijs exornat.

ris cellulis, anguſtiſq; ad habitandum incommodius, magna ex parte diruit, atq; aliud tùm Aedium laxitate, ac numero, tùm operis elegantia, & ſplẽdore longè magnificentiùs reſtituit. Templum ſubindè, pro Cœnobij dignitate iterum erigere cum decreuiſſet, columnas, baſes, epiſtylia, atq; alios in vſus pretioſi marmoris vim maximam, ab Vrbe Roma Caſinum aduexit, ingenti ſanè, vel pecunia, vel labore. Artifices verò, qui vermiculati operis, ac teſſellati peritia excellerent, ab vſq; Bizantio grandi mercede conducti. His maximè curis intentum Ab-

Fit Cardinalis, & Summi Pontificis p omnem Cãpaniam Legatus.

batem Nicolaus Secundus inter Cardinales cooptat, eiq; per omnem Campaniã, Principatum, Calabriã, vices ſuas, pro reformandis Ordinis D. Benedicti Monaſterijs, ampliſſima cum poteſtate committit. Interim Deſiderius, cum extructam à ſe quinque annis, perfectamq; Baſilicam, ſolemni maximè ceremonia dedicari percuperet;

Caſinenſis Baſilica celeberrima pompa dedicatur à Romano Pont.

Alexandro Pontifici ſupplicibus litteris perſuaſit, vt Caſinum adiens, ipſemet eo munere præſens fungeretur. Itaq; feſtæ celebritatis gratulationem, & pompam

fre-

frequens ſacrorum Præſulum numerus, & honeſtiſſima clariſſimorum Virorum corona mirificè cumulauit, quippè ſuprà Monachorum centurias; & ipſum Romanæ Nobilitatis florem, cùm ex Italiæ totius Epiſcopis, & ampliſſimo purpuratorum Patrũ cœtu, ad quinquaginta quatuor Antiſtites Alexandrum Pontificem comitabantur (inter quos duodecim noſtri Ordinis Cardinales eminebant) tum verò Richardus Princeps Capuanus cum Iordane filio, & fratre Rainulfo, Giſulfus Princeps Salernitanus, cum fratribus ſuis, Landulfus quoque Princeps Beneuentanus, duo item Sergij, Duces, alter Neapolitanus, Surrentinus alter. Denique inter reliquos Magnates Marſorum Comitum, ac Baluenſium, filiorumque Borrelli ingens numerus, cum ſua quiſq; aſſeclarum familia, ad Sacræ Dedicationis celebritatem conuenere. At verò vulgarium hominum concurſus, vicinis præſertim ex Oppidis, adeò ingentes facti: vt capaciſſimo Cœnobio occupato, & ſubiectæ Vrbis Domicilijs, hoſpitũ multitudine onuſtis, omnia editi Montis latera, viæ omnes, & longè, latèq; extenſa camporum planities, concurſu, vndaq; populi ſternerentur. Hæc autem tanta multitudo, per ſeptem dies, Deſiderij ſtudio, & charitate liberali cibo, potuq; refecta eſt. Tum ab eodem Alexandro Pontificias literas obtinuit, quæ Caſinenſis Baſilicæ dedicationem teſtarentur, quæq; Sacrorum corporum Benedicti, & Scholaſticæ inuentionem (quæ nuper inter ædificandam Eccleſiam ſingulari cum voluptate detexerat) comprobarent, quas Alexander pro ſua in Deſiderium ſum-

Duodecim noſtri Ordinis Cardinales, Caſinatis Baſilicæ dedicationi interfuere.

Vt ex Bulla eiuſdem Pōtificis de cōſecratione Eccleſiæ Caſinen. & de inuentione corporum S. Benedicti, & Scolaſticæ de ann. 1071.

ſumma humanitate in hanc ſententiam conceſſit: *Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Omnibus Eccleſiæ Catholicæ filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis ſollicitudinis noſtræ bonum, ſi debet proſpicere, & proficere omnibus, etiam extraneis, & longinquis: multò magis domeſticis, & propinquis. Ipſis quippe ſecundo gradu poſt Dominum, admouenda eſt inuiſibilis charitas, vt per eos velut quadam viſibilis flamma gradatim ad remotiores quoſq; diſcurrat. Pijs ergò locis, & Diuina religione Venerabilibus, debitæ conſolationis, & defenſionis porrecturi manus, illum cæteris præferendum non ambigimus, quem Monaſticæ normæ conſtat eſſe principale Gymnaſium, & Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedi contiguum, quem Ciues Romani, Patres videlicet, Benedictus, Maurus, Placidus, cum nonnullis alijs fundarunt, quemq; à gentibus deſtructum, Sanctiſſimi Prædeceſſores noſtri Gregorius, & Zaccharias reſtruxerunt, & Priuilegijs Apoſtolicæ Sedis, meritò cæteris Cœnobijs prætulerunt: vtpotè quia non ſtudio hominum, ſed Dei imperio, à Sanctiſſimo Patre Benedicto conſtructum eſt; Quorum nos ſacræ auctoritati ſicut tempore, & loco ſucceſſimus, ſic eorum exemplo, vt oportet, innitimur: ſed quia rerũ geſtarum ſeries, ad hoc litterarum fidei committuntur; ne illarum veritas poſterorum memoriæ ſubtrahatur, ea, quæ noſtris temporibus acta ſunt, pandere curamus. Nam, cum Dilectiſſimus filius noſter Deſiderius, eandem renouaret Eccleſiam, & aditum Baſilicæ diſponeret adæquare, cum tres non integras vlnas fodiſſet, in dextero Altaris latere lapidem reperit, nomen eiuſdem Confeſſoris continentem; Cumq; fragmẽta Altaris remota fuiſſent, inuenit ſuper Sepulchra,*

ſyn-

Digitized by Google

ſyndonem expanſam candidiſſimam, quæ cum tangebatur, euaneſcebat. Hac viſione certiſſimus redditus, reſerari Sanctiſſimi Patris præcepit tumulum, quo facto, Sanctiſſima corpora intemerata, & indiminuta inueniens, Nuntios noſtros aſciſcens, pretioſiſſimaq; corpora eis oſtendens, tàm præſentes, quàm futuros, certiſsimos, & indubios de Sanctis Corporiqus reddidit. Igitur cum ad eam dedicãdam aduenißemus Eccleſiam, vnà cum decem Archiepiſcopis, & quadraginta quatuor Epiſcopis, Cleroq; Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, idem filius noſter Deſiderius conqueſtus eſt, eſſe quoſdã, nec Deum timentes, nec homines reuerentes, qui poſſeſſiones Beati Benedicti per diuerſa loca Caſinenſi Cœnobio auferentes, in ſuũ retorquere dominium ſatagunt; Vndè Coepiſcoporum noſtrorum præſentium ſcilicet, ac Cardinalium conſilio habito, præfato Cœnobio poſſeſſiones ſuas confirmantes, in perpetuũ habendas ſtatuimus. Si quis verò (quod non optamus) poſſeſſionem, Eccleſiam, Villas, Ciuitatem, & Caſtra Sanctiſſimi Benedicti inuaſerit, & bis, vel ter admonitus nõ emendauerit, ſciat ſe auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Beati Benedicti, & omnium Sanctorum, eſſe excommunicatum, & perpetuo anathematis vinculo innodatum, & à Regno Dei alienatum, & cum Diabolo, & eius atrociſsimis pœnis, & Iuda, Ieſu Chriſti Domini noſtri proditore, æterno ſupplicio, æternæq; maledictioni deputatum, & ſicut hæ lucernæ extinguuntur, ità antè Deum, lucerna eius extinguatur, niſi forte res iniuſte inuaſas, Sancto Benedicto reddiderit, & dignam pœnitentiam geſſerit. At verò qui huius Apoſtolici inſtituti obſeruator extiterit, benedictionis gratiam à Domino Deo noſtro, per interceſsionem Beati

Benedicti conſequatur, & vitam æternã accipere mereatur.

Sacrariũ ditat pretioſa ſuppellectile.

Rebus hiſce perfectis, ad ſacram ſuppellectilem amplificandam, ornandamq; conuerſæ curæ. Hinc cultum omnem, atq; apparatum, quo Sacerdotes vel priuatim, vel cum Miniſtris, inter ſacrificandum vtuntur, quique exornandis aris, veſtiendoq; Templo, ad ſolemnis pompæ magnificentiam adhiberi ſolet, magno pretio, miraq; arte elaboratum, copioſiſſimè comparauit. Quin etiam Victoris ſecundi amictus, proximè ab eius obitu, Romæ diuerſis in locis oppigneratos, numeratis viginti aureorum millibus, redemit: magnificæ alioquin ſuppellectilis, diues profectò, ac nobile additamentum. Porrò cãdelabra, Cruces, Coronas, Lycnos, thuribula cũ ſuis acerris, aliaq; id genus multa, ſolido ex ære, argentoq; expreſſa, prudens prætereo; illud non niſi inuitus omiſerim, inter ſacrata Templi inſtrumenta, eximij cuiuſdam operis, ac pretij emicuiſſe candelabrorum par, è nitidiſſima chryſtallo: labrum cum aquali, bina thuribula, calices duodecim, ac totidem patenas, fiſtulam, ac pixidem, omnia puro ex auro, ſcitè, eleganterq; fabrefacta: itemq; ex eadem materia, Cruces quatuor, prægrandes duas, reliquas minores, cum thuribulo, & duab' tabulis ad Aræ ornatum, gemmis intermicantibus, inſigniq; artificio conſpicua. Quibus tamen omnibus longè præcellebat, Altaris frontale ſolido ex auro, Conſtantinopoli elaboratum, pondo librarũ triginta quatuor, Margaritis, atq; vnionibus præfulgens; in quo nobilium Diui Benedicti factorum argumenta, ſcitiſſimè cælata, viſebantur. Demùm præter immenſam auri, argentiq; elaborati vim, centum auri infecti pondo, ſimiles in vſus conferenda, in ſacrarij theſauris habuit; vt

hinc

hinc cuius pronum ſit Caſinatis Baſilicæ apparatum, & opulentiam(cui cumulandæ tàm longo annorum decurſu,tàm multi Abbates intenſiſſima cura ſtuduerunt)aſſequi coniectura;quoniam quidem ea,quæ nos ſtrictim attigimus,non niſi pars eius ſuppellectilis extitere,qua Deſiderius, ſuo Magiſtratu rem ſacrarij locupletandā curauit. Quamquam autem ex annuis Cœnobij vectigalibus magna pecuniæ vis ad res ſacras, templique ornatum commodè transferri poterat, ardentem nihilominus Deſiderij animum inſignis multorum pietas, ac munificentia longè vehementiùs incendit. Illum ſi quidem clariſſimi Principes celebri virtutum fama, remotiſſimis etiam in locis notiſſimum, & ſumma veneratione proſecuti ſunt, & miſſis legationibus, doniſque exquiſitiſſimis coluerunt. In quo religioſæ liberalitatis, ac reuerentiæ ſtudio Robertus Calabriæ Dux, Iordanis Capuæ Princeps, Bareſones, & Torchitorius, Sardiniæ Reges ſe ipſos egregiè commendarunt. Neque Michael Imperator deſtinatis Nuntijs, ac muneribus,ab Vrbe Bizantio; quantum Deſiderij ſanctimoniæ tribueret,parùm luculenter declarauit:Hoc etiā cumulatiorem pietatis, ac munificentiæ laudem promeritus, quòd cum ex ipſo Imperij cēſu viginti quatuor auri pondo in ſingulos annos Caſinati Monaſterio legaſſet, eius donationis tabulas aureo ſigillo pēſili munitas,cum magna munerum copia ad Deſideriū tranſmiſit. Porrò Agnes eximia pietate Imperatrix,& virili virtute fœmina, admirandum reliquit poſteris ſuæ in Caſinates Monachos obſeruantiæ documentum; nàm Sabeæ Reginæ inſtar, alterum in Deſiderio Salamonem, eiuſque

Magno apud omnes in honore, miſſis vndique muneribus excolitur.

Agnes Imperatrix ab Germania Caſinum venit, ibique ſex menſes commoratur.

Templum, ac familiam viſendi ſtudio incenſa ab vltimis Germaniæ partibus Caſinum contendit, longo, ac difficili itinere votiuis donis cumulatè inſtructa; cumque ſingula curioſè perluſtrans, ſatiari delectatione non poſſet, ſex ipſos menſes in religioſo illo ſeceſſu nobilis hoſpes exegit: quo tempore ſæpè audita eſt, cum diceret, multò maiora eſſe, longèq; admirabiliora, quæ ipſamet oculis præſens ſubieciſſet, quàm quæ vulgato rumore apud exteras gentes de illius sãctiſſimi Collegij moribus, integritate, diſciplina, amplitudine circumferrentur. His omnibus acceſſit Alexander Pontifex, vti cæteris dignitate præſtans, ſic munerum magnificentia ſuperior: quippe qui Deſiderium, eiuſq; familiam omnem inſigni beneuolentia complectens, Caſinates fortunas Tarracinæ Vrbis acceſſione cumulauit. Reliquorum omnium commemoratione haud grauatè ſuperſedebo, qui collatis poſſeſſionibus, Caſtellis, Monaſterijs, Eccleſijs, maximè pij in cœlites, inſigiter munifici in noſtros extiterunt, nè in re minus neceſſaria, nimis familiæ noſtræ blandiri videar: tantũ dicam, homines præſtanti religione, multiſq; opibus conſpicuos, non ſolùm latifundijs, & poſſeſſionibus, ſed quadraginta etiã Monaſterijs, Eccleſijs verò longè pluribus (Deſiderij præſertim veneratione, ac ſtudio permotos) Caſinatem domum per eos dies auxiſſe: Cæterùm ampliſſimi Cœnobii moderator, idemq; Cardinalis, quemadmodum diligentiſsimè prouidit, ne pietatis ſtudium negotiorum mole, aſsiduiſque curis obrueretur, ità liberaliũ artium in genuam oblectationẽ, vel in medijs occupationibus intermiſit nunquã. Extant eius ingenij, ac religionis ſpecimen, tres Dialo-

Alexander Pontifex Caſinatibus Vrbem Tarracinã donat.

go-

gorum libri,quos Gregorium Magnum imitatus,de probatiſſimis ſui Cœnobij viris,ac miraculis perſcripſit, minùs elaborata oratione illos quidem,ſuaui tamen ſtylo,& (vt ea ferebant tempora) non vulgari. Annus iam eius Præfecturæ agebatur nonus, ſuprà viceſimũ,cum paucis antè menſibus, extincto apud Salernum Gregorio VII. antiquæ Sãctitatis Pontifice, & Eccleſiaſtici iuris propugnatore acerrimo, proximis indè Comitijs, Deſiderius communi omnium cõſenſu Chriſtianæ Reipublicæ præficitur;quo ille accepto nuntio,tanquam repentinæ calamitatis inopinato caſu perculſus, vehementer indoluit (vt qui honores, ac dignitatum inſignia æque fugiebat, at merebatur) tantumq; oneris, ac periculi conſtanter à ſe reijciens,nunquàm perſuaderi potuit,vt ſacri Senatus voluntati,decreto, precibus aſſentiretur. Itaq;abſolutum iam, confectumq; negotium,eo ſolùm disijcieute, qui maximè confirmaturus eſſe credebatur,res Pontificia in præſens refrixit. Cum verò iterum aliquot poſt menſes, coacto Patrum conuentu,ad ſuffragia ventũ eſſet, iterũ in Deſiderium vniuerſi conſenſere,ac,ne rurſum effugio relinqueretur locus, cum delatæ ampliſſimæ dignitatis nuntio, nec opinanti coccineam chlamidem inijciunt, quominus albam quoq; inducerent, ipſomet contra obnitente impediti;nomen Victoris Tertij eſt inditum. Verùm ne ita quidem res proceſſit; nàm Victor quatriduo poſt Roma digrediens, vbi Tarracinam ex itinere attigit, disertè conteſtatus,ſe Pontificem eſſe nolle, depoſitis ſacris inſignibus,Caſinum, ad ſuos remigrauit. Anno demum proximè inſequente, per occaſionem Capuani Con-

Tres Dialogorũ libros conſcripſit.

Pontificatũ recuſat.

Iterum Pontificia inſignia depoſuit.

Conuentus, cui cum cæteris Epiſcopis, & Cardinalibus Victor, quoq; præſidebat, denuò acerrimè oppugnatus; cum nihil de priſtina firmitate animi remitteret, tum verò Sacri Præſules vniuerſi, cum Iordane Capuæ Principe, ac Rogerio Calabriæ Duce, ad eius pedes affuſi, enixiſſimè orare, atq; obteſtari, ne Pontificatu diutiùs recuſando, Rem Chriſtianam grauioribus incommodis affectam vellet: neuè totius Cleri, totq; Procerum infimas ſupplicationes, ac vota fruſtrari pergeret, quibus omninò deliberatum eſſet, ac conſtitutum, neminem alium (ipſo quidem ſuperſtite, ac viuo) ad illud dignitatis culmen euehere; Hunc in modum Victor aliquando victus, Sacrorum Antiſtitum arbitrio, ac poteſtati ſe tradidit. Subindè Romam deductus, ac ritè conſecratus eſt. In Pontificatu cùm cæterarum virtutum, quibus in Clauſtro enituerat, tùm præſertim conſtantiæ, Imperatorijq; roboris cumulatiſſimam laudem reportauit; Siquidem grandi Exercitu ex Italia in Africam tranſmiſſo, Saracenorumq; vires, impotentemq; audaciam adeò fregit, ac contudit, vt primo armorum congreſſu, ex eis centena millia occiſione occiſa ſint; cuius adeò celebris Victoriæ lætitiam, rei geſtæ admirabilis nuntius, multò etiam reddidit inſigniorem; cũ eodem die triumphus de Saracenis, & relatus in Africa ſit, & in Italia auditus, ac cognitus. Neq; verò in reprimendis Ciuilium Seditionum authoribus, quàm in profligandis Barbaris, minùs fortem, atq; inuictum ſe præſtitit. Quippe Clementem pſeudo Pontificem Romæ Diuina, humanaq; pro libidine miſcentem, vi, atque armis è Ciuitate exturbauit. Hæc inter, dum Beneuenti Eccleſiaſticis rebus componendis in Concilio dat operã, le-

Demum Cleri, ac Principum precibus victus Pontificatũ admittit.

Exercitũ in Africam cõtra Saracenos dimittit

Inſignis Victoria de Saracenis, eiuſque nuncius mirabiliter in Italia auditus,

Pſeudo Pontificem Roma expellit.

lethali morbo tentatus, Caſinum deportari ſe voluit: vt mortem tot filiorum, quos ipſemet ſalutaribus inſtitutis, atq; exemplis, Chriſto Domino pepererat, tũ aſpectu, atq; obſequijs ſuauem, tùm efficaci orationum præſidio, communitam obiret. Ibi verò acriùs ſæuientis morbi magnitudini ſuccumbens, poſt triduum, ab hac mortali vita ad immortalem diſceſſit. Ità Victor præſtanti virtute, ac ſapientia Pontifex, vti bonorum omnium votis diù, ardẽterq; expetitus, nimiùm ſerò Chriſtianæ Reipublicæ clauum ſuſceperat: ſic ingenti omniũ mœrore, ac luctu, immatura morte præreptus, nimiùm intempeſtiuè dimiſit. Cæterum Religioſæ Familiæ ſodales, cuius ipſe tot annos, & alumnus, & moderator extiterat, in communi reliquorum dolore, ac mœſtitia præcipuò quodam ſenſu, atq; angore conficiebantur; quippè tanto Parente, ac Patrono, orbati, cuius excellenti cõſilio, induſtria, religione, non modo Cœnobij res, ac dignitas, ſed veteris etiam diſciplinæ cultus, & obſeruantia vſq; adeò excreuerant: vt viris integerrimis abundarent domi, & foris præclara Sanctitatis opinione, ad miraculum celebres haberentur; Nam inter ſolitudinem Eremi, & latebram, inter rei familiaris, vel nuditatem, vel anguſtias, cum nihil ſuppetit, quod oculorum ſenſum vehementiùs irritet, vel animi cupiditates acriore illecebra extimulet, atque incendat: haud fortaſſe ità laborioſum fuerit, ſobrios, atque humiles ſe præbere; at eò in Cœnobio, quod ampliſſimis fortunis inſtructum, ſubditas ſibi Vrbes, atq; Oppida tẽperabat; quod Regum, Imperatorum, Pontificum frequenti aduentu, atque hoſpitiò celebrabatur, vndè, tanquam

In Caſinati Monte mortem obit ann. 1067.

quam è Seminario Antiſtitum, regendis Populis Epiſcopi, ornandæ Eccleſiæ Cardinales, occupando Petri Solio Pontifices accerſebantur: nihilominus inter domeſticorum purpuram,& infulas,inter ſplendorum,ac maieſtatẽ ſuperueniẽtium quotidiè hoſpitum,ità verſari,ac viuere, vt vltrò delati honores,non niſi adhibita vi,atq; imperio ſuperiorum admitterentur: Id verò,quoniam niſi ab excellentiſſima virtute proficiſci non poterat,ſingulari cũ approbatione, ſummiſq; omnium gẽtium laudibus peruulgabatur. Fuit autem hæc,eritq; in poſterùm ſemper, quandiù apud homines virtus,ac pietas aliquo loco erũt, Caſinenſiũ Monachorũ ſanctitatis, & gloriæ immortalis prædicatio: inuentos olim, qui abdicatis Principatibus, ac Regnis, ad ipſorum familiare contubernium ſumma voluntate tranſierint,nec defuiſſe, qui ad ſupremũ inter mortales honorem euocati, nonniſi inuiti,ac repugnantes,ab eorumdem conuictu,& ſocietate diſceſſerint. Per ea tempora inter Caſinates ſanctitate,ac litteris viguere, Albericus Cardinalis, qui Berengarium hæreſiarchã deuicit, ac profligauit: Conſtantinus Africanus, totius rei medicæ eximius illuſtrator, Guaiferius Salernitanus, Amatus Epiſcopus, & Alfanus Salerni Archiepiſcopus, cum alijs plurimis, eadem integritatis,& doctrinæ laude

Cron.Caſin. lib.2.c.52. inſignibus. *Deſiderio Abbate, Hugo* (inquit Leo Oſtienſis) *venerabilis Abbas Cluniacenſis, vir celeberrima vita, ac fama, ad Patris Benedicti limina aduenit, quem venerabilis Deſiderius honorificè, vt tantum decebat virum, ſuſcipiens, & Societatem Cluniacenſium fratrum, noſtra Congrationi adiunges, memoriam illorum apud*

nos

nos, noſtraq; Congregationis apud illos in morte, & in vita viri venerabiles in perpetuum habendam ſcripſerunt.

Præfuit annis viginti nouem, menſibus quatuor, diebus quindecim.

BEATVS ODORISIVS.

ABBAS XXXVIII.

CAſinatis Sodalitij Patres ob recentem Victoris Papæ obitum graui mærore conſternatos, Odoriſius excellenti vir probitate, ac iudicio, ſuſcepta Cœnobij gubernatione maiorem in modum confirmauit. Hunc perhibent, cum vitæ purioris inſtitutum à prima ætate in Caſinati Domo arripuiſſet, nobiliſſimæ Marſarum Comitum familiæ, vndè genus trahebat, inſigni rectè factorum gloria, plurimum ſplendoris addidiſſe. Adeò rerum humanarum contemptus, cæleſtium amor, & meditatio, Diuinæ lectionis ſtudium, & totius regularis diſciplinæ obſeruantia in eo etiam num infante eminebant, vt Cœnobitarum Præſes egregiam pueri indolem admiratus confirmauerit, Odoriſium aliquando ad Sacri Monaſterij Præfecturam promouendum: neq; prudentis viri prædictio, non cæleſtis Oraculi euentum ſortita eſt; Si quidem maioribus in dies incremen-

E Marſorũ Comitum familia.

Cardinalis creetur à Nicolao ſecundo.

tis

Digitized by Google

tis inter probatiſſimos Sodales efflorescentem, Nicolaus Secundus Primorum Eccleſiæ Patrũ Collegio adiunxit: qua ille dignitate cumulatus, nihil de priſtina viuendi conſuetudine detraxit, immutauit nihil. Non diſceſſum à Cœnobio, non omiſſæ communis diſciplinæ functiones, non antiqua humilitatis contentio, non ingens proficiendi ardor imminutus, quin à Deſiderio Abbate fratrum vniuerſitati, & Clauſtro Præpoſitus, ſacras Religionis ritus, ac decreta maiore quàm antea ſtudio cuſtodiẽs, eandem diſciplinæ obſeruantiam à reliquo etiam Monachorum cœtu requirebat. Plures annos in hoc munere accuratè obeundo verſatus demùm imminente Victoris obitu, qui Caſinatis Abbatis nomen, & munus ne in ipſo quidem Pontificatu depoſuerat, nolens, ac reluctans ad Cœnobij regimen vniuerſis fratrum ſuffragijs ſublegitur. Quoniam verò cùm inſita virtute animi, tũ proximo

Ann. 1061. Deſiderij exemplo ad res præclarè gerendas incitabatur, Monaſterium longè ampliſſimum per annos ſeptendecim, ſingulari ſanctitate, ac ſapientia procurauit. Ad antiquas poſſeſſiones, & vectigalia magnæ per eum acceſſiones factæ. Domus ſuppellectile, ornatu, ædificijs locupletata, quibus neceſſariò ad victum, cultúq; Cœnobitæ vtuntur, ex Regulæ præſcripto, abũdè ſuppeditata. Auitæ Sanctitatis nomen, quod apud exteras gentes de Caſinati familia increbuerat, auctum potiùs, quàm vlla ex parte imminutum, religioſiſſimæ vitæ documentis nuſquam à domeſtica cõſuetudine recedens, alũnos ſuos ad omnem temperantiam, ac probitatẽ, veluti admonitis calcaribus perurgebat. Oppida, precipuè fregellarum (vulgò Põtis Curui) Aquæ fundatæ, Mortulæ, Cucurutij, Vandræ, Fracta-

tarum Caſinati Ditioni adiunxit, & Fractas poſtmodum rebellantes, adductis copijs,iteratò in poteſtatē redegit. Corpora Diuorum Auguſtini, & Paulini Sanctiſs. Patris Benedicti diſcipulorum, in Eccleſia Sancti Stephani propè Tarracinam reperta,atq; indè in Eccleſiam S. Andreæ, quam Caſinati in Monte, iuxta abſidem Baſilicæ Diui Benedicti conſtruxerat,à ſe tranſlata,ibidem honorificè collocauit. Deniquè Odoriſius Abbatis, & Cardinalis partes, ac munus tàm laudabiliter exercuit, quàm inuito animo admiſerat; Vt enim optimus quiſque ab honorum titulis, ac dignitatibus longiſſimè abhorret; ſic ferè animaduerſum eſt, maximas vtilitates, & commoda,in Religioſas familias ab illis Rectoribus profecta eſſe,qui non niſi Præſidum nutu,atq; Imperio adacti, Præfecturas,& Magiſtratus curauerunt. Obijt Odoriſius ſanctitate, & doctrina inclytus,quarto Nonas Decembris. Non eſt autem hoc loco ſilentij tenebris inuoluendnm, quod Oderiſio Caſinum moderante, contigit Vrbano Secundo Summo Pontifici illuſtre miraculum, affine illi, & omninò par, cuius ſupra à nobis, cum de Henrico Imperatore ageremus,facta eſt mentio. Rem ipſam tanquam ſcitu, & prædicatione digniſſimam, Vrbanus ſuis litteris ad poſteros in hæc verba tranſmiſit. *Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Omnibus Eccleſia Catholica filijs, &c. cuius (Caſinenſis Monaſterij) dum Sacratiſſima limina,more prædeceſſorum noſtrorum ipſa die vigiliarum eiuſdem Patris viſitaſſemus, conſuetuainario lateris dolore attracti,ad extrema deuenimus.Cumq; iam ſalutis ſpes funditus nobis adimi videretur, & de corporali,eiuſdem Patris Benedicti in eodem loco præſentia, in no-* Vt ex Bulla eiuſdem Vrbani de ann. 1091.

R ſtro

ſtro animo dubietas verſaretur, nocte, qua euiſdem Patris agebatur ſolemnitas, idem ſacratiſſimus Benedictus, noſtra exiguitati viſibiliter apparens, dixit: Cur de noſtra corporali præſentia dubitas? quem, dum quis eſſet, interrogaſſemus, Sanctus Domini reſpondit, ego ſum frater Benedictus huius Caſinen. Cœnobij cuſtos, & habitator in ſempiternum. Quia autem tu me hic dubitaſti quieſcere, id ne amplius dubites, meumq; hic, ſororiſq; quieſcere corpuſculum credas. Hoc tibi ſignum erit. Cum primum ad nocturnale officium pulſatum fuerit, vlterius dolore iſto non laborabis, & his dictis diſparuit. Adueniente autem hora, iuxta quod Sanctus Domini dixerat, ſanitati priſtinæ redditi, cum Epiſcopis, & Cardinalibus Deo, & Sanctiſſimo Confeſſori Benedicto grates permaximas referentes, eius feſtiuitatem digna conueneratione peregimus. Ob quam rem rogamus, & obſecramus in Domino Ieſu, qui pro noſtra ſalute incarnari, & mori dignatus eſt, & ex auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius vice Romanæ Eccleſiæ præſidemus; & in virtute Spiritus ſancti præcipimus, ne quis vlterius falſam Patris Benedicti translationem celebrare præſumat, contradictoribus huius noſtri Apoſtolici conſtituti, Diuinum Iudicium intētantes, & anathematis vinculo innodantes, &c.

Sedit annos decem, & octo.

Otho

OTHO.

ABBAS XXXIX.

OThonobilis Fundenſium Comitum progenies,cum ingenio,probitate, ac rerum vſu, inter cæteros excelleret, vnanimi Monachorum conſenſu, eodem anno Caſinati Abbatiæ præficitur. Exiguo tẽpore (anno videlicet,ac menſibus decẽ) non exigui fructus,obiuit Magiſtratum. Singula Cœnobij Oppida vallo continenti, ac firmo moenium ambitu incluſit. Aquinatum Comitum audaciam,eadem Monaſterij loca contra ius, falſq; inuadentiũ,repreſſit. Alexius Comnenus Imperator,cũ hoſpitalem domum, Diui Benedicti ſtudio,ac religione excitatus,ſua impenſa, Caſini aduenientibus peregrinis patere iàm antea voluiſſet; Othonis tempore ingentia dona, per ſuos Oratores eodem tranſmiſit. Diximus ſuprà, cæleſtis concentus armoniam, ſuauiſſimoſque odores, & immenſi ſplendoris lumen ſæpiùs quotannis, in ea Turri, quæ diù Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti ſedes olim, ac domicilium extiterat, percipi conſueuiſſe. Iſtuc ipſum miraculi ſub Othone Abbate initium habuit,Ioannis cuiuſdam cognomento Affidati luculentiſſima teſtificatione. Is enim Aediculam propè Turrim religioſè inhabitans,nocte quadam ſomno experrectus,ac planè vigil, audiuit Angelorum ſymphoniam, è proxima Turri Di-

è Fundenſiũ Comitum proſapia.

Eius in Cœnobium beneficia.

uinas laudes ſuauiſſimè præcinentium;Rei magnitudine ſtupefactus,Sebaſtianum in ſuperiori domus contignatione quieſcentem accerſit,rogat quota ſit hora, vtrumnè in Templo nocturnis precibus perſoluendis adhuc inſiſtant Monachi? Cum accepiſſet,nec dum primam noctis Vigiliã effluxiſſe: proin Monachos in ſuis cellulis quieti deditos commorari; confeſtim ad Turrim properans, ibidẽ ſplendoris adhuc,& mirifici odoris reliquias, maiori captus admiratione præſens animaduertit. Quæ omnia cum Otho Abbas accepiſſet, eandem Turrim conſtructo ibidem Sacello,in honorem Chriſti Saluatoris,eiusq; Matris Sacratiſſimæ dedicauit. Mortem obijt
Ann. 1107. Otho Cal. Octobris,iuxta Eccleſiam Sancti Andreæ ſepultus.

Præfuit annum,& menſes decem.

SANCTVS BRVNO.

ABBAS XXXX.

HAererem ſanè anceps, ac dubius, vtrumne ambitioſi auidiùs honores appetant, an Bruno ſtudioſiùs contempſerit: niſi mihi certò liqueret, ardentiùs homines cæleſtis gratiæ præſidio ad virtutẽ, præclaraſq; actiones, quàm deprauatæ,corruptæq; naturæ inſtinctu,ad ſenſus lenocilia,vitiorumq; tur-

turpitudinem trahi. Ac Bruno quidem cum primùm rationis beneficio vti licuit, ad Chriſtianæ legis normam accuratè inſtitutus, ab ipſis propè cunabulis in ſtudio, vſq; rerum Diuinarũ facillimè acquieſcebat: quòminùs mirere, ſi ætate, & conſilio cum adoleuiſſet, Sacras etiam præfecturas conſtantiſſimè repudiauit, quas deguſtatæ ſpiritus ſuauitati ob curarum aſſiduitatem, & copiam impedimẽto eſſe, ſaluti verò animæ maximè periculoſas prudentiſſimè arbitrabatur. In Gallia Ciſalpina Parentibus pijs æquè, ac nobilibus ortus, ætatis primitias in Aſtenſi Monaſterio innocenter traductæ, rerum omnium Creatori Deo ſacrauit. Tùm grandis natu in Etruriam diſcedens, Senis, in Templo maximo, magna ſodalium approbatione, Canonicum aliquandiù egit. Indè cum ſublimioris inſtituti deſiderio teneretur, Romam, ſeculo renunciaturus, ſe contulit; Verùm, qua in Vrbe res ex animi ſententia proceſſuras crediderat, votis ſuis maximè contrarias offendit; Nàm cum fortè per eos dies Gregorius Septimus, inuicti roboris Pontifex, coacto Patrum conuentu, impiam Berengarij opinionem, de Sãctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, vt cùm maximè oppugnaret: Bruno Petri cognomento Ignei, Epiſcopi Albanenſis inuitatu, (cuius hoſpitio vtebatur) egregium eruditionis, & ingenij ſpecimen edere coactus fuit, catholica veritate in frequenti doctiſſimorum Præſulum conſeſſu, aduerſus Berengarium, ſtrenuè propugnata. Quare illum aliquãtò poſt, Paſchalis Papa Segnienſis Eccleſiæ Antiſtitem ſpõtè deſignat; Sed Brunone acriter repugnante, atq; infimis precibus nullum non mouente lapidem, quò illud à ſe oneris remoueret, Pontifex, ne, pro imperio, ac poteſtate

In Aſtenſi Monaſterio pueritiã traducit.

Senis Canonicatu decoratur.

In Romano Concilio Berengarium confutat.

cum eo agens, præſentis animum grauiùs offenderet, rem totam prudenti artificio vſus, hunc in modum tranſegit. Brunone Segniam adire iuſſo, vt idoneum Paſtorem deſtituto, atq; orbato Gregi, ſuo nomine conſtitueret, clàm interim per litteras Segnienſibus imperat, ipſum ſimul ac eò peruenerit, Epiſcopum ſibi adoptent, hominem rara probitate, excellentiq; ſapientia ornatiſſimum. Paſchalis voluntati, præceptiſq; Segnienſes haud ſegniter obtemperarunt. At Bruno, vt pia fraude deluſum ſe, & in eius præfecturæ curas, à qua tantopere abhorrebat, coniectum animaduertit, occultè fugam meditari, & adornare. Iamq; concubiæ noctis ſilentio, ac tenebris confiſus, abibat gaudens; cùm elegantiſſima ſpecie virginem immenſo Lumine, ornatiſſimoq; veſtitu refulgentem, obuiam habuit, quæ ſe ſponſam eſſe conteſtata, quam ille per tenebras malè ſano conſilio deſereret, regreſſum ad Eccleſiam imperat, cuius illi cura Diuino nutu, ac voluntate obtigiſſet. Hac ſpecie, atq; his verbis perculſus Bruno retulit pedem, ſeq; Segnienſibus reſtituens, populum ſuæ fidei commiſſum, omnibus eximiæ charitatis officijs excoluit. Verùm cum plures annos in tradita ſibi vigilia ità excubaſſet, vt eius ſanctitatem celebrarent omnes, monitis, ac beneficentia iuuarentur; tandē ſolitudinis deſiderio victus, Caſinum ex inſperato profugit, vbi efflagitata Monachorum ſocietate, atq; habitu, vtroque incredibili cum alacritate donatur. Interim Segnieſes comperto Brunonis diſceſſu, per internuntium à Sūmo Pontifice inſtantiſſimis precibus expoſcere illum, ac repetere; nec dubium quin æquiſſimo poſtulatu, & querimonijs permotus Paſchalis, Epiſcopum ad ſuam Ec-

Per fraudem creatus Epiſcopus, occultè fugam molitur.

Caſinum aufugit.

Eccleſiam è Cœnobio remigrare compulſurus fuerit: niſi interpoſita Odoriſij Abbatis deprecatio, & auctoritas, Caſinatem commorationem Brunoni confeciſſet; tametſi religioſi receſſus diù, ardenterq; expetiti cæleſtes delicias, delibare potiùs per interualla, quàm continẽter deguſtare, atq; experiri permiſſus eſt. Geminam Legationem Romani Pontificis iuſſu obiuit, alteram ad Rogerium Apuliæ Comitem, alteram cum Boamundo Antiochiæ Principe in Gallias: vbi Apoſtolica auctoritate, ac præcepto Synodum etiam celebrauit. Inde Italiam repetens, paratis in itinere graſſatorum inſidijs circumuentus, ità eos perterruit, emicante ex oculis, totoq; vultu ſplendore, vt accidẽtes ad eius genua, deſtinati facinoris veniã demiſsè petierint: & qui Brunonem pecunia, equis, cæterisq; rebus, quas ſecum habebat, itineri neceſſarijs, ſpoliaturi inuaſerant, eundem, immutata ſubitò voluntate, per infeſta latrocinijs loca, ne quid dãni pateretur, officioſiſſimè deduxerint. Igitur Caſinum regreſſus, in demortui Abbatis locum, totius ſodalitij conſenſu eligitur. Monachorum in eo promouendo deliberationem, Paſchalis Papa, qui ſub idem tempus Caſinũm aduenerat, mirificè cõprobauit. Quin etiam illud in Brunonis commendationem addidit Pontifex, digniſſimum eſſe, cui, ſe vita functo, Chriſtianæ Reipublicæ gubernacula traderentur. Verùm cõfirmata poſtmodũ ab eodem Pontificè Henrico V. Imperatori Sacerdotia, & Abbatias cõferendi facultate; Bruno, litteras ad Paſchalem dedit, intimi doloris teſtes, acrimoniæ, & querimoniarum plenas, rei Chriſtianæ feruentiſſimum ſtudium, & religioſi pectoris ſinceritatem, conſtantiam, & ab omni priuato commodo alie-

Geminã legationẽ obit Pontificis iuſſu.

Ann. 1107.

alieniſſimam mentem præſeferentes. Quarũ litterarum non grauabor hoc loco bonam partem intexere.

Paſchali Summo Pontifici, Brunus peccator D. Benedicti ſeruus. Quod tanto Domino, & Patri.

INimici mei dicunt tibi, quia te non diligo, & quia de te malè loquor: ſed mētiuntur; Ego enim ſic te diligo, ſicut Patrem, & Dominum diligere debeo, & nullum alium, te viuente, Pontificem habere volo, ſicut ego cum multis alijs tibi promiſi. Audio tamen Saluatorem meum mihi dicentem, Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus; Vnde & Apoſtolus dicit, ſi quis non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema maranatha. Debeo igitur diligere te, ſed plus debeo diligere illum, qui te fecit, & me. Huic enim tantò amori nihil vnquam præferendum eſt. Fœdus autem illud tàm fœdum, tàm violentum, cum tanta proditione factum, tam omni pietati, & religioni contrarium, ego non laudo; At verò neque tu, ſicut pluribus referentibus audio. Quis enim illud laudare poterit, in quo fides violatur, Eccleſia libertatē amittit, Sacerdotium tollitur, vnicum, & ſingulare oſtium Eccleſiæ clauditur, aliaq; multa oſtia aperiuntur, per quæ quicunque intrat, fur eſt, & latro? Habemus Canones, habemus Sanctorum Patrum Conſtitutiones, à temporibus Apoſtolorum vſque ad te: via regia incedendum eſt, neque ab ea in aliam partem declinandum, &c. Paſcalis perſpecta Brunonis conſtantia: *Si non accelero*, inquit, *tollere ei Abbatiam, futurum eſt, vt ipſe ſuis argumentationibus*

Ro-

Digitized by Google

Romanum mihi tollat Pontificatum. Quare Brunoni per Epiſtolam mandauit, relicto Caſinati Magiſtratu,ad Segnienſem Eccleſiam, ſe referret. Obſequutus eſt Bruno Paſchalis voluntati, cum aliquot iam annos admirabili ſanctitate, ac ſolertiâ Caſinatibus præfuiſſet. An. 1111. Sed enim religioſi ſodalitij beneuolentiã, & familiarem conuictum,nõ ſolùm integerrimæ vitæ ſanctiſſimis exẽplis, & frugifera Cœnobij moderatione, ſed plurimis etiàm perelegãntis ingenij fœtibus, cumulatiſſimè rependit. Caſini quandiù moratus eſt, tùm ſacros veteris inſtrumenti libros ferè omnes,diuinamq; Ioannis Apocalypſim eruditis commentarijs explicauit; tùm centum quinquaginta quinque Homilias,cõciones verò ſexaginta nouem edidit,ſingulis Dominicis diebus,& Diuorum Natalitijs, quos Catholica Eccleſia,quotannis præcipua religione colit,accommodatas. In Epiſcopatu plures adhuc annos ad obitũ vſq; perdurauit, Segnienſibus maximè carus,ac ſalutaris. Migrauit in Cælum anno 1125. pridie Kalend. Septembris,miraculorum frequentia, & magnitudine nobilitatus.Itaq; ſiuè admirabilem eius vitæ innocentiam, ſiuè impenſum iuuandis hominibus ſtudium,ac laborem:ſiuè religioſæ vitæ flagrantiſſimum ſtudium,exactiſſimamq; diſciplinam: ſiuè geſtas pro Eccleſia legationes:ſiuè libros piè, luculẽtèrq; conſcriptos perpendas; Brunonem,virum planè admirabilem affirmaueris, & cuiuſuis Chriſtianæ Reipublicæ ordini, ſi quem alium,maximè ſalutarem.

Plurima reliq. ſui ingenij monumenta.

Præfuit annis tribus,menſibus decem.

S Gra-

GERARDVS.

ABBAS XXXXI.

E Marſorum Comitū ſtirpe ortus.

CASINATES Brunone ad Eccleſiam Segnienſem reuerſo, Cœnobij regimen Gerardo, è nobiliſſima Marſorum Comitum ſtirpe demandarunt: non tàm generis claritate, quàm virtutis, ac ſolertiæ præſtantia adducti. A Paſchali Secundo Pontifice cōſecratus menſe Martio, decretū recepit de tuta bonorum Monaſterij poſſeſſione: Idem cū Paſchali Beneuentū proficiſcitur, ibidem celebrādæ Synodo interfuturus. Comparato exercitu, Caſtrum Suium Monaſterio recuperauit. Roccam Ianulæ, Aligerni Abbatis opus, iam præ vetuſtate collabentem, Germanenſium fidei diffiſus reſtituit, muniuitq; Inſuper Oppida Fregellarum, Cardeti, Viticoſi, ac Suij muris, ac turribus vallauit. Multis prætereà Eccleſijs, & bonorum copia Cœnobium auxit, Principum virorum inſignem erga ſe liberalitatē expertus. Multorum per eos dies præclara virtus, & illuſtria miracula apud Caſinum enituere. Ioannes Caietanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, è Monacho Caſinate in ſummum Pontificem electus eſt, Gelaſij Secundi appellatione. Tandem Gerardus relata prudentis, ac religioſi moderatoris, haud ſanè

Plures apud Caſinū Sanctitate clareſcunt.

me-

mediocri commendatione,deceſſit decimoſeſto Kalend. Februarij. Ann.1125.

Præfuit annis quindecim,menſibus tribus.

ODORISIVS SECVNDVS.

ABBAS XXXXII.

ODoriſius Sangrorum Comitum Sanguine, & Romana purpura, Paſchalis Secundi beneficio clariſſimus, ex Præpoſito Monaſterij,in Abbatem ſublectus,à Calixto Secundo conſecratur. Miſſis in Dalmatiam Caſinatibus Monachis, noſtrum Ordinem,atq; Inſtitutum in eas regiones importauit. S. Angeli Oppidanos obedientiam, & obſequium Cœnobio detrectantes, conſcriptis copijs ad officium, & reuerentiam reuocauit. Picano Oppido,multiſq; Eccleſijs, rem Caſinatem ditauit. Eruditione ſimul,ac rerum vſu conſpicuus,plura reliquit ſui ingenij,ac doctrinæ monumenta. Poſtremò Honorij Pontificis iuſſu,Abbatis onere, ac præfectura ſe remouit.

Sangrorum Comitū nobilitate, & Cardinalatu illuſtriſſimus

MonachiCaſin.Ord. ſuū in Dalmatiā inuehunt.

Ann.1126.

Baronius ad hunc annum.

Præfuit annos tres,menſes quatuor,dies quindecim.

NICOLAVS.

ABBAS XXXXIII.

Ann.1127. Nicolaus Tuſculanus parum concordibus Monachorum ſtudijs occupato Magiſtratu, cogitur ſe abdicare, tanto muneri impar.

Præfuit annum integrum, ac menſem cum dimidio.

SENIORETVS.

ABBAS XXXXIV.

Senioretus longè melior, & naturæ dotibus, & doctrinæ præſidijs, Caſinatem ſedem Nicolai diſceſſu vacantem obtinuit; fauente in primis Honorio Pontifice, à quo etiam paulò poſt in Caſinati Baſilica eſt conſecratus. Hic coacto milite, Caſtra Monanaſterij ab iniuſtis poſſeſſoribus recuperauit. Caſinates fortunas, impetratis Magnatum liberalitate priuilegijs, ſanciuit: plurimis obtentis muneribus, amplificauit: Cœnobij libertatem diù inuicto animo propugnans, à Rogerio Rege pertinaciter impugnatur. Hinc non tàm ſenio, quàm ærumnis, & mœrore confectus deceſſit è vita,

ta,

Digitized by Google

ta,hoc in primis nomine apud Poſteros commendãdus, quòd ſuo exẽplo prçmonſtrauit,in defenſione ſacrorum, naturæ potiùs,quàm cuiuſuis potentiæ, atq; iniurijs concedendum. Quò ægriùs mihi ferendum eſt,non defuiſſe, qui tantæ integritatis, tantiq; roboris, ac ſapientiæ Præſulẽ,defectionis ab legitimo Pontifice ad pſeudo Papam, reũ egerit,ac peregerit; lata in eum diſertis verbis acerbiſſimi cruciatus, æternæq; mortis horribili ſententia. Sed plura ſunt,quæ Senioretum huius atrocitate ſententiæ abſoluant:Primũ vitæ periodus à pueritia in Clauſtro ità religiosè, prudentèrq; traducta, vt optimè ſemper audierit apud ſuos contubernales, & ad eos gradus euectus fuerit, qui omnium præcipui, ac digniſſimi habebantur. Deindè Honorij Secundi Pontificis perhonorifica de illius virtute opinio, ac ſtudium,Caſinatem illi Abbatiam,qua potuit ſollicitudine, ac diligentia conciliandi:tum Matthæi Cardinalis Albanenſis,omnium virtutum laude cumulatiſſimi,ſingularis approbatio:qui ab Honorio hãc in rem Caſinum legatus;agendo,hortando, rogando,nũquam deſtitit,donec Senioretum Monachi ex Regulæ præſcripto, ritè ſibi in Abbatem delegere. Deniq; quam diù prudenter ambigitur è duobus,in Romana Sede conſtitutis, vter ad illud dignitatis faſtigium legitimè euectus fuerit: fas eſt cuiq; incolumi exiſtimatione, & conſcientia illi adhærere, quem arbitretur, meliori cauſa,& potiori iure ad Pontificatũ niti. Proin Anacleto, atq; Innocentio de Pontificatu inter ſe contendentibus,integrum fuit Senioreto Abbati, re adhuc incerta,atq; ancipiti,vnius magis,quàm alterius cauſam, atq; electionem,approbare Iàm verò præter hæc omnia,

quæ

quæ hũc Præſulem immeritò fuiſſe tàm atrocis facinoris ignominia notatum , deuotumq; inferis , & probant , & euincunt:illud accedit, quòd & Senioretus ipſe, & Caſinenſis omnis ſodalitas ab Rogerio Rege , Anacleti primario fautore,eiuſq;Miniſtris,grauiſſimas calamitates,ac detrimenta,eo nomine perpeſſi ſunt,quòd in Lotharium Imperatorem,Innocentij Pontificis defenſorem,propenſiores ſe oſtenderent, & Lotharij ſtudioſorum præſidio , atq; armis in ſui tutelam vterentur . Quin eo toto difficillimo tempore,orationum aſſiduitas, & ſupplicationes Senioreti iuſſu apud Caſinum inſtitutæ,frequentatæ,atq; illuſtribus à Deo,miraculis cõprobatæ,omnem, opinor , grauioris piaculi ſuſpitionem à Senioreto remouerint ,
Ann.1136. nec vllum relinquerint locum,de illius integritate , atq; innocentia,apud æquos rerum æſtimatores dubitandi.

Sedit annos nouem,menſes ſex,dies viginti.

RAINALDVS PRIMVS.

ABBAS XXXXV.

RAinaldus Etruſcus tumultuosè per ſeditionem Senioreto ſubrogatus, malè partam adminiſtrationem , nihilò meliori arte,ac ſapientia retinuit. Itaq; ab Innocentio Papa,menſe Septembri , Præfectura deijcitur . Ego quoque communi mul-

multorum errore deceptus,pro Rainaldo Etruſco, Rainaldum Calamentanum ; in priori horum Elogiorum editione poſuerá; ſed re poſtea maturiùs expenſa, deteĉtaq; veritate,par fuit ſuo vtrumq; loco reponi: vt Calamentanus ab grauiſſima calumnia, quam aliquot ſeculis Ann.1137 iniuſtè eſt paſſus,tandem aliquando vindicaretur.

Præfuit annum,ac menſes ſeptem.

GVIBALDVS.

ABBAS XXXXVI.

LOtharij Secundi Imperatoris ſtudium, ac pietas,quæ tùm alias,tùm hoc præſertim tempore in Caſinatem domum penè ſupra fidẽ eluxit,cógit nos, nedũ admonet,atq; inuitat, vt de Guibaldo,Rainaldi ſucceſſore acturi, ipſius quoque acerrimam animi contentionem,pro ſacri ſodalitij dignitate, ac tutela ſuſceptam,latiùs hoc loco proſequamur ; nec enim nobis fas eſt, eius rationes ab Caſinatum rationiobus ſeiungere, cum quibus ipſe voluit eſſe coniunctiſſimas. Lotharius itaq; Innocentij Papæ rogatu,militem in Italiam traducturus,Caſinati Abbati per litteras demonſtrauit,ſe illius Monaſterij iura, & fortunas, cæterorum more,atq; exemplo Imperatorum, ſtudioſiſſimè defenſurum : in quam ſententiam Rachiſa quoq; Imperatrix

ad

Imperator in Italiã vẽturus Abbatẽ Caſinatẽ per litteras certiorẽ facit.

ad eundem perſcripſit: nec maior extitit vtriuſq; alacritas in deferenda, quàm in præſtanda ope ſollicitudo. Erat Innocẽtius iam pridẽ Caſinati ſodalitio ſanè quã iratiſſimus, quòd Monachi Anacletum, ipſius competitorem, atq; æmulum, legitimis ſuffragijs in Vaticano ſolio collocatum exiſtimantes, eidem adhæſiſſent in ſchiſmate. Cumq; Pontifex repreſſis iàm Romæ vtcumq; partium diſſidijs, indicto Melfiam conuentu, vnà cũ Cæſare, eiuſq; copijs ad lacum penſilem conſideret, Caſinates Lotharij conſilio, ac monitu, quò voluntariæ crimen defectionis ab Romana ſede, falsò ſibi obiectum, coram diluerent, eodem perrexerunt. Quorum aduentu cognito Innocentius, pœnarum denunciatione, quibus eos ſubijcere decreuerat, durior omninò, acerbiorq; futurus videbatur. Quare Imperator hortari illũ, ac rogare, vt mitiora in homines religioſos, ac leniora conſulere in animũ induceret: quibus æquum erat eò faciliorem ſe præbere, quòd nõ animi malignitate, ac pertinacia, ſed Germani Pontificis ancipiti adhuc, incertoq; rumore adducti, Anacleto paruiſſent. Mox Aulicorum, ſacratiq; Ordinis nobiliſſimos quoſq; eidem ſupplicatum ſubmittere: quos omnes ipſa poſtmodum Imperatrix ſequuta, adhibitis magno animi ardore precibus, contendit Pontificis mentem Caſinati Collegio mitigare: ſed cum parum omninò proficeretur ab omnibus, nec ad lenitatem Innocentius ſe daret: tùm verò Cæſar ad illum rediẽs, *quoniam quidem*, inquit, *ego tàm multis incommodis, & laboribus pro ſalute Italiæ, pro defenſione ſacrorum, pro communi Chriſtianæ Reipublicæ bono, ac pace perfunctus, non ſum apud vos tanti, vt religioſiſſimis viris tàm grauiter, ſeuerèq; mulctatis,*

Vt Caſinates Pontifici cõcilier ſtrenue contendit.

piaculi

piaculi moderationem, ac reditum in gratiam à vobis exorem, apertè edico, ac denuncio, me itidem cum Eccleſia Caſinati poſthac à vobis diſſenſurum: Ad quam Imperatoris vocē cū vniuerſus Exercitus, qui circumſtabat, ſucclamaſſet: tū verò Pontifex, vel periculi metu, vel poſtulati æquitate, vel acriori Cæſaris oratione, doloreq; impulſus, ex eiuſdem ſententia, atq; arbritio, noſtrorum hominum cauſam humanitèr, atq; honorificè tranſegit. Soluto deindè apud Melfiam conuentu, Innocentius, ac Lotharius, vnà cum Bernardo Clareuallenſi Abbate celeberrimo, Caſinum adiere, Monachorum ſtudia (ſi qua inter eos, vt fit, ſuper noui Præſulis electione, controuerſia, diſſidiumq; incidiſſet) ſua præſentia, atq; auctoritate conciliaturi. Rainaldo itaq; Magiſtratum abdicante, cum Monachi in vnum conueniſſent, de ſucceſſore acturi, Lotharius ipſe cum iiſdem Monachis, hac ſuper re conſultare aggreſſus, à primo mane ad veſperam, (memorabili patientiæ, amoriſq; exemplo) ieiunus in Caſinati Exedra perdurauit; donec Patres ſublatis diſcordijs, vnanimi conſenſione Guibaldum ſibi Antiſtitem delegere. At verò eximiæ Lotharij pietatis apud Caſinū hęc præſertim argumenta referuntur. Cœnobij Tēpla (quatuor numerabantur) nudis pedibus de nocte inuiſebat. Quotidiè manè (quod ſolemne illi, ac perpetuum in Imperio fuit) ternis ſacris intererat. Singulas Monaſterij Officinas ſolus accuratè perluſtrans, ſedulò prouidebat, ne Sanctiſſimarum legum decreta, & diuturno vſu firmatæ conſuetudines temerè à quoquam violarentur. Adeò Lotharium, cuius vnius humeris Romani Imperij moles nitebatur, tot inter grauiſſimas curas,

Innocentius Pontif. Lothar. Imp. Bernardus Abbas, Clareuall. Caſinū adeunt.

Memorandum Lotharij amoris, ac patiētiæ documentum.

Eiuſq; pietas, ac Monaſtica diſciplinæ ardentiſſimus zelus.

T &

& occupationes, illud in primis anxium habuit, & ſollicitum, ne Diui Benedicti diſciplina quidquam detrimenti caperet, neuè minùs integrè, ac religiosè, quàm par eſſet, à ſuis ſectatoribus coleretur. Quò magis, illorum ſocordiam ne, an dementiam demireris? qui Monaſticæ diſciplinæ, ſacroq; Ordini tuendo præfecti, ſummo in otio, curarumq; vacuitate, nullis prætereà impedimentis, nullis occupationibus impliciti; ſanctiſſimas tamen leges vel ſtolidè ipſimet perfringunt, vel certè ab alijs paſſim negligi, ac vilipendi, nec magnopere laborant, nec moleſtiſſimè patiuntur. Verùm his iàm omiſſis, ad Guibaldum Abbatem reuertamur. Hic natione Lotharingius, inſtituto, ac profeſſione Stabulenſis Monaſterij, apud Leodium conuictor, inſigni probitate, ac liberalium artium peritia nobilis, ſupremo inter ſuos Magiſtratu, & Imperatoris ſtudio, atq; beneuolentia apprimè florebat. Eum Lotharius ſecum in Italiam traduxit, ſapientiſſimi viri conſilijs, fideliq; opera vſurus, ad res Eccleſiæ, atq; Imperij, quæ magnis fluctibus iactabantur, prudenter, maturèq; componendas. Illum deniq; Caſinati ſodalitio, in Abbatem efflagitanti, pro ſuo in eam domum incredibili amore, libentèr conceſſerat. Tametſi Caſinatibus tàm inſigni beneficio donatis, neque Lotharij benignitas, neque Guibaldi virtus, ac ſolertia diù potuit opitulari: ſiquidem poſt Cæſaris ab Italia diſceſſum, Abbas Rogerij Siciliæ Regis indignationem, ac potentiam veritus, Cœnobio excidium minitantis, relicta Caſinati adminiſtra-

Guibaldi dotes, ac dignitas.

ſtra-

ſtratione, ad ſuos in Germaniam regreſſus eſt eodem anno; quarto Nonas Nouembris.

Sedit menſes duos.

RAINALDVS SECVNDVS.

ABBAS XXXXVII.

MArſorum, ac Barilij Comites longè clariſſimi (qui primum generis ſui Parentem agnoſcunt, ac venerantur, Berardum Caroli Magni Francorum Regis, & inuictiſſimi Imperatoris Pronepotem) reliquos inter familiæ ſuæ nobiliſſimos Heroas (quorum nullo non tempore feraciſſima extitit) quinque imprimis gloriatur vulgatæ ſanctitatis nomine, Diuorum numero, ac felicitati tranſcriptis. Porrò generoſæ huius, ac religioſiſſimæ ſtirpis proles, haud quaquam degener Rainaldus Collimentanus, contentiſſimis ſtudijs illud egit, vt egregia maiorum ſuorum facinora, ſuis & ipſe ornamẽtis, ac dotibus cumularet. Neq; verò concepta ſpe de ſe ipſo, ſuſceptiſq; honeſtiſſimi conſilij conatibus fruſtratus eſt. Si quidem Rainaldus ſeverioris inſtituti normam, cum inter Caſinates vltrò admiſiſſet, vitæ innocentia, morum grauitate, longo rerum vſu, diuinis, humaniſq; litteris egregiè iàm inſtructus, in Guibaldi locum ſublectus eſt Abbas: eodem anno 17. Kal.

Decembris ab Innocentio II. conſecratus, haud multò poſt inter Cardinales cooptatur. Præfecturam geſſit 28. annorum, ac menſium octo, longam æque, ac multis implicitam difficultatibus: ſed tanta animi virtute, ac conſtantia; vt rerum aduerſarum mulditudine circumuentus, nec animum deſponderit tamen, nec ſuperari vnquam potuerit. Reges, ac Regna, quæ aduerſus illum facta conſpiratione coniurauerant, non modò ſuſtinuit intrepidè, ſed incredibili etiam æquanimitate, ac patientia, mitigatis aduerſariorum animis, ſibimet conciliauit, ac deuinxit. Rogerius Siciliæ Rex, Rainaldi electionem moleſtiſſimè ferens, Cœnobio, eiuſq; locis omnibus iniecto terrore grauiſſimas clades, atque adeò exitium minitabatur; &, vt dictis reapſe fidem faceret, quidquid argenti, atque auri in tehſauris habebant Caſinates, ſimulque auream tabulam, eximij operis, ac pretij, quæ Diui Benedicti aræ, diebus feſtis ſolemnioribus prætendebatur, per vim, ac ſcelus aſportauit. Oppida Sancti Angeli, Sancti Victoris, Sancti Petri in fine, Camini, Cardeti, Vandræ, & Pedemontis, ſubiecto igne deformauit: alijs præterea detrimentis, & calamitatibus, quoad vixit, ſacro Cœnobio importatis. Quamuis Oppida, quæ hoſtili impetu ſub initam à Rainaldo adminiſtrationem, occupauerat, reſtituit ſpontè. Rogerio nihilò mitior in Abbatem, & Monachos ſucceſſit Guilielmus, itidem Siciliæ Rex; omnes ab eo (duodecim exceptis) Caſino exacti, vniuerſa Monaſterij Caſtra in ſuam ditionem redacta, murorumque ambitu denudata; Sed paulò poſt immutata Guilielmi mente, Abbas in gratiam receptus, Caſinates in priſti-

ſtinam bonorum poſſeſſionem benignè reuocati. Ludouicus Franciæ, Rugerius, & Guilielmus Siciliæ, Gunnarius Turritanorum Reges, Rainaldo Abbate, diuerſis tēporibus Caſinum religionis ergo profecti, quà liberalitate munerum, quà priuilegiorum conceſſione, ipſius Magiſtratum inſigniter nobilitarunt; ſed ipſe multò nobiliorem reddidit, excitato in Comitatu Pennenſi Oppido, cui S. Martini in Salinis eſt nomen; ſubleuata Cœnobij diſciplina: retento in omni gubernatione, eodem ſanctitatis, & conſtantiæ tenore, nullis vnquam laboribus, nullis incommodis, pro tuenda Monaſterij re, ac libertate ſuccumbens; aduerſariorū terrore, minis, impugnatione vbiq; ſuperior: donec ætate, ac meritis grauis, fato ceſſit, Idibus Iulij. Iam verò quam hinc adnectimus ex Archiuo Caſinati ſcheda, alteram oſcitantiæ in Magiſtratu, alteram parum in Romanam Sedem religioſi obſequij turpiſſimam labem, penitus abſterget, ac delebit; qua vtraq; labe, quorumdam in re hiſtorica lapſus, ac deceptio, clariſſimum Rainaldi Collimentani nomen, multis ab hinc annis immeritiſſimò aſperſerat.

Ann.

Ann.Dñi	Indic.	Concur.	Epait.	Ter.Sept.	Initiũ Sept.	Ter. pas.	Initiũ pas.
Mcxxxvi.	xiiiii	iii	xv	xvi.k.Feb.	xv kal.Feb.	xii kal.ap.	xi.kal.ap.

Obijt Seniorectus Abbs. Raynaldus tuſcus ſit Abbas. Impr. Barim vſq; pueñt. cui pene ſe tota apulia tradidit. Innocẽt⁹ pp. cum duce Boioarie ꝑ totam tuſciam it agens; õmib; ei ſe pt Romam vſq; Beneuentum tradentibus apd Barim Impri iungit. pp. & Impr tradito Ducatu Comit Raynat reuũnt. Raynat huius loci Elect⁹ deponitur Guibaldus Ordinat' q poſt xta IIII. *dies recedit. Raynat Cotim ſit Abbs.* θ *Lotharius Impr.* MCXXXVII.&c.

Præfuit annis octo, ac viginti, & menſes octo.

THEODINVS.

ABBAS XXXXVIII.

THeodino, propter eximias dotes, à Monachis Magiſtratus Caſinas, ab Alexandro Pontifice Cardinalatus honos delatus eſt, eodem anno. Septem menſiũ ſpatio, quibus ſacrum ſodalitium rexit, magna præ-

prædiorum parte, ad Oppidum Fregellarum recupera-
ta; neq; paruam ſibi laudem, neq; parum Monaſterio
emolumenti, tantillo tempore comparauit. Extin- Ann.1167.
ctus eſt peſtilentiæ morbo, dirum in modum tota Italia
debaccante.

Præfuit menſibus ſeptem.

AEGIDIVS.

ABBAS XXXXIX.

AEgidius Venuſinus, anno eodem electus
eſt Abbas, ab Alexandro Papa conſecra-
tione, ac priuilegio in rem Cœnobij de-
coratur; ſed tertio adminiſtrationis ãno,
cum ipſius potiſſimum incuria, & ne-
glectu ſacri Inſtituti diſciplina languidius, remiſſiúſq;
ſeruaretur, ab eodem Pontifice Magiſtratu exutus eſt,
Petro Diacono ſodalitij procuratione demandata. Va- Ann.1170.
cauit Sedes aliquot menſibus.

Præfuit annos omninò tres.

Do-

DOMINICVS

ABBAS L.

DOminicus de Sambuceta, Caſinatis Abbatiæ munus à Monachis, ab Alexandro Pontifice conſecrationem apud Tuſculum ſuſcepit. Eccleſias Sanctorum Magni, & Honophrij Fundis, aliaſq; in eiuſdem Vrbis agro poſitas recuperauit; iudicum ſententia contra Epiſcopum Fundenſem, Cœnobio adiudicatas. Ann.1173. Obijt Septimo Calend. Maij.

Præſedit biennium.

PETRVS SECVNDVS.

ABBAS LI.

PEtrus de Inſula magnæ integritatis, & prudentiæ vir, Dominico ſubrogatur in Magiſtratum eo die, quo ille deceſſerat è vita; Monaſterium Cremenſe, ab Henrico Comite Bergomate contra ius, faſq; vſurpatum, Caſinatibus vindicauit. Alexander Papa, & Guilielmus Siciliæ Rex apud Caſinum hoſpi-

pitio excepti,peramplis priuilegijs, Petro efflagitante, Sodalitium cohoneſtarunt. Quod ipſum poſtea Lucius Tertius,Romanus Pontifex,eiuſdem Abbatis poſtulatu, factitauit. Poſſeſſionem, ac iura Monaſteriorum, tùm Sancti Nicolai de Lurgo in Sardinia, tùm Sancti Matthæi propè Caſinum, ſuis diplomatibus, Sacro Sodalitio validiùs corroborans,ac ſtabiliens. Petro Abbate Magna Eccleſiarum, prædiorum, opumq; acceſſio Caſinati rei eſt facta.Illum Alexander Pontifex cum aliàs ſæpè quanti faceret,tùm eo præſertim tempore teſtatus eſt,quo ipſum de pace cum Federico Imperatore firmata, per litteras certiorem factum, ad Concilium Lateranenſe aduocauit: eius Conſilio, & opera, in re longè grauiſſima vſurus:Exceſſit Octauo idus Iulij.

Alexander Papa,& Guilehmus Siciliæ Reges Caſinum inuiſunt.

Lucius item Rom. Pont. eodem ſe cõfert.

Ab Alexand. Pontifice,ad Lateranenſe Concilium aduocatur.

Ann.1186.

Præfuit annis tribus, menſibus duobus, diebus tredecim.

Vacauit Sedes biennium.

ROFFREDVS.

ABBAS LII.

ROffredum Caſinates Petri defuncti municipem,Abbatis dignitate inſignitum,cum Romam conſecrationis gratia miſiſſent,à Clemente Tertio Cardinalem creatum receperunt.Cæterum Roffredus ingentis planè conſilij,& admirandæ ſapientiæ, ac fortitudinis vir,optimi ſimul, ac prudentiſſimi Rectoris

Cardinalis creatur.

V cu-

cumulatiſſimam laudem eſt aſſecutus. Gulielmo Siciliæ Rege, nullis poſt ſe relictis liberis, vita functo: Tancredus Licij Comes, & Henricus Sextus Imperator, eius Regnũ inuaſerant, Roffredus quaſi edita ex ſpecula tumultus, ac ſeditiones, quæ poſtea in Regno Neapolitano sũt conſequutæ, longè proſpiciens, ac diuinans, vicinos Comites in rem Cœnobij arctiore ſibi fœdere copulauit. Indè Cæſarem cum vxore Conſtantia Caſinum aduenientem, omnibus humanitatis, & obſequij officijs excoluit, eundemq; mox in Germaniam redeuntem, eſt proſecutus; ſumpto deindè ipſius Henrici exercitu Italiam repetens, Tancredum Regem, alioſq; Dynaſtas omnibus Cœnobij locis, quæ tumultuario impetu ſui iuris effecerãt, coegit excedere; Aliquot etiam poſt annos iterum conſcripto milite, præter alia Cœnobij Caſtella, Germanenſium Vrbem è Diopuldi manibus, iniuſtoq; dominatu eripuit, ipſumq; Oppidum firmo mœnium ambitu circumuallauit, ad hoſtes in poſterum faciliùs ſubmouendos. Fractarum, Caſtrinoui, & Fregellarum loca recuperauit. Arcẽ Ianulæ muris, ac turribus incluſit. Legatione in Siciliam Pontificis nutu, ac voluntate perfunctus, Vrbe Sora, alijſq; Romanæ Ditionis Oppidis, armorum, animiq; robore Innocentio Tertio recuperatis, Romanæ Sedi ſtrenuam, fidelemq; operam nauauit; Quo factum eſt, vt à Romanis viciſſim Pontificibus, Innocentio (qui per eos dies Caſinum inuiſit) Clemente, Celeſtino, magni momenti retulerit in vſum, ſplendoremque ſui Monaſterij, priuilegia: Illud imprimis, vt bonorum vſurpatores Cœnobij, vbicumque terrarum eſſent, eos legitima facultate poſſet anathemati ſubijcere. Henrico quoq;

Henricũ Imper. cũ Vxore hoſpitio excipit.

Cum eodem Imp. proficiſcitur in Germaniam.

Traducto in Italiam Henrici exercitu Tancredum Regem, & alios Dynaſtas occupatis Cœnobij Caſtellis expellit.

Germanenſium Vrbem libertati reſtituit.

De Romana Sede præclare meretur.

A Romanis viciſſim Pontificibus cohoneſtatur.

quoque Imperatori acceptiſſimus, ſummam eius erga ſe, ac totum ſodalitium Caſinas beneuolentiam, ac liberalitatē expertus eſt. Prætioſis muneribus ab Imperatore auctum Cœnobium: Oppidis, Antini, Roccæ Guilielmi, Malueti, Roccæ Albani, & Roccæ Vandræ donatum; mero, & mixto Imperio, omnibus ſuæ ditionis Oppidis inſignitum. Decretum quoque, ac ſancitum ab eodem eſt Cæſare, vt Principes viri per Italiam, quicumq; ipſum quoquo pacto læſiſſent, fruſtra de reditu in gratiam tentarent, ſperarentvè, niſi Roffredo ſequeſtre, ac deprecatore, apud eundem niterentur. At Roffredi bellica virtus, & fortitudo, vt eximia fuerit, & excellens, longo tamen interuallo ab eius egregia pietate, religioſiſſimiſq; moribus vincebatur. Quare inter armorum fragores, ac ſtrepitus, religioſæ vitæ quietem diligentèr excolens, cauit etiam, atq; etiam ne domeſtica diſciplina apud Caſinum labefactaretur, nevè minus accuratè, quàm moris eſſet, cuſtodiretur à ſubditis. Aedificijs, ac pretioſa ſupellectile, antiquo domus ſplendori haud parum adiecit ornamenti. Qnin etiam Cœnobium Diui Pauli prope Vrbem inſigne, ac magnificum, Innocentij Papæ iuſſu cum ſedulò viſitaſſet, puriore Monaſtici cultus obſeruantia, & frequentiore ſodalium numero multò perfectius, ac celebrius reddidit. Deniq; meritis abundans, & rectē factorum conſcientia locuples migrauit in Cælum, tertio Kalend. Iunij.

Imperatori acceptiſſimus plura ab eo refert Priuilegia.

Romanū D. Pauli Cœnobium reformat in melius.

Ann. 1209.

Præfuit annis viginti, menſibus vndecim

PETRVS TERTIVS.

ABBAS LIII.

Inter Cardinales cooptatur. Othonem 4. Imp. hoſpitio recipit.

PEtrus cognomento Comes, electus eodē anno, die Natali S. Ioannis Baptiſtæ Romam profectus ab Innocentio III. ob egregiā ſapientiæ famā Caſinas Antiſtes cōfirmatus, inter Cardinales cooptatur. Is Othonem IV. Imperatorem, Caſinum inuiſentem, quo par erat honore, ac magnificentia eſt proſecutus, à quo de tuta poſſeſſione Oppidorum Monaſterij priuilegium obtinuit: extremum obijt diem quinto Kalend. Februarij.

Ann. 1211.

Præſedit annum; cum dimidio.

ADENVLFVS.

ABBAS LIV.

Ann. 1211.

ADenulfus Caſertanus ex Abbate Sancti Benedicti Venuſiæ, Petri Comitis Prouinciam eodem anno excepit, melior futurus, ſi minùs illam adminiſtraſſet. Hic enim iam tum, cum Decani munere fungeretur apud Caſinū, Roffredo cum

Cæ-

Digitized by Google

Cæſare in Germaniam profecto,adſcitus fuerat in Cœnobij gubernationem. Cumq; Monaſterij iura,& datam Henrico Imperatori fidem interritus propugnans,nullis pollicitationibus, nullis minis ab officio deduci poſſet, Manfredi Regis, Regniq; Procerum grauiſſimas ſuſtinuerat inſectationes.Ab eo Sācti Germani Ciuitas,quam Regiæ cohortes occupauerant, ſumptis armis priſtinæ libertati fuerat reſtituta.Quamobrem Henricus perſpecta erga ſe Adenulfi egregia fide,illum poſteà Venuſini ſodalitij præfectura cohoneſtarat. Demum ab Innocentio Papa Segniæ,in Concilio generali, Caſinenſis Abbas eſt conſecratus.Caſtellum Vandræ per vim, ac dolum à neſcio quo Magnate inſeſſum,conſcriptis denuò copijs, Caſinatibus vindicauit. Huc vſq; Adenulfus induſtrij Præſulis nomen, & gloriam abundè retulerat ab omnibus. Verùm quarto circiter ſui Magiſtratus anno,cum indulgentiorem in propinquos,& affines,magiſq; munificum ſe præberet, quàm Religioſum Antiſtitem decebat,longiùs ab æquitate,atq; ab officio receſſit; quippe à minutioribus donis facto initio, paulatim eò deuentum erat, vt temporis, ac loci opportunitate inuitatus, carni ſuæ,ac ſanguini, Monachorum poſſeſſiones, & Oppida largiretur; Quo comperto Innocentius Adenulfum Caſinati Abbatia remotum, ad Capuanæ Diui Benedicti regimen dimiſit.

Germanenſes in libertatem aſſerit.

Ann.1212. Caſtellum Vandræ recuperat.

Ann.1216.

Præfuit quinquennium, Vacauit ſedes menſes aliquot.

Ste-

STEPHANVS PRIMVS.

ABBAS LV.

STephano Marſicano Abbatis inſignia propria virtus adæquè,ac Monachornm beneuolentia conciliarunt. Is ab Innocentio Papa conſecratione donatur nonis Auguſti; Quam de ipſius virtute, ac ſapientia conceperant Patres excellentem opinionem, egregiè ſuſtinuit; nam ſui Magiſtratus initio, Vandræ Oppidum Pontificijs auxilijs à Miraldo,Adenulfi Abbatis nepote recuperauit, cuius iura,itemq; Oppidi Atini, priuilegio Federici Imperatoris Caſinatibus in poſterum firmata ſunt,ac ſtabilita. Propter eximiam Sanctitatis, ac prudentiæ famam,à Principibus viris ſumma veneratione,eximijſq; muneribus excultus eſt Ab Innocētio Pontifice plura ex auro, argentoq; dona, & ſericam veſtem,adornando Templo, ampliſſimaq; priuilegia recepit;quibus quidquid vſquam prædiorum, atq; Oppidorum Caſinates poſſiderent,firmiùs ſanciebatur. Cæſar eius virtutis,ac fidei admiratione permotus,Caietam illi ſuo nomine retinendam,cuſtodiendamq; aſſignauit. Nūdinæ apud S. Germanum generales, auctore Stephano quotannis celebrari ſunt cœptæ. Sed quod Monachum, eundemq; Abbatem præ cæteris rebus decebat maximè,ſingulari ſtudio, atq; induſtria perfecit,vt in Caſinati Monte Diui Benedicti Regulæ,Monaſticiſq; Inſtitutis plu-

Pontificijs auxilijs Vādræ Oppidū vindicat in libertatem.

Donis,ac priuilegijs colitur.

Digitized by Google

plurimum obſeruantiæ impenderetur. Exceſſit è vita duodecimo Kalend. Auguſti. Ann.1127.

Præfuit annis vndecim, diebus viginti.

LANDVLFVS.

ABBAS LVI.

LAndulfo Senebaldo, ex illuſtri Comitum Aquinatum familia, neq; merita defuere ad ſuſcipiendum Caſinatis Abbatiæ honorem, neq; virtus poſtea, quamuis difficillimis temporibus, ad eundem religioſè, laudabiliterq; retinendum. Sub initia Magiſtratus, à Gregorio Nono Pontifice (qui Hieroſolymitanum bellum ſeriò moliebatur, vrgebatq;) duobus è Sacro Senatu ad Federicum Imperatorem legatis, qui auxilia in id bellum expoſcerent, Landulfus Abbas, tertius illis Comes adiungitur; præclaro vtiq; apud omnes illius virtutis, ac ſapientiæ teſtimonio. Verùm exulceratis deindè maiorem in modum animis, tùm Gregorij, tùm Federici, cum res ad arma proceſſiſſet, vniuerſa Monaſterij Caſtella, & Germanenſium Ciuitas, primò à Pontificio exercitu, deindè à Cæſariano occupantur. Quin etiam Monachi Caſinates, iubente Rainaldo Spoleti Duce, ac Federici Cæſaris copiarum Magiſtro, ſuis ſedibus pulſi. Qua ex re Landulfus eo grauiore animi cruciatu,

Cardinalibus ad Imp. Legatis, Landulfus Comes adiungitur à ſummo Pontifice.

atq; triſtitia conflictabatur, quòd imparem ſe videret propulſandæ à ſacro cœtu tot ingentium calamitatum multitudini. Verùm cæleſte Numen integerrimum Præſulem breui opprimentibus malis eripuit. Nam ſancitis haud multò poſt pacis fœderibus inter Pontificem, & Imperatorem, in Templo S. Germani (quo Federicus ipſe cum Alemanis Proceribus, & Gregorij Papæ legati conuenerant) Landulfo Abbati Oppidorum, ac Ciuitatis integra reſtitutio eſt facta. Multis à Gregorio Pontifice priuilegijs dignatus eſt; cuius etiam voluntate, ac poſtulatu, erectam in S. Germano Diui Franciſci Baſilicam, fratribus, quos minores vocant, habitandam attribuit. Anno ſui regiminis Secundo, Diuum Thomam Aquinatem, nepotem ſuum, à Parentibus oblatum in diſciplinam admiſit. Per eos dies Leopoldus Auſtriæ, ac Stiriæ Dux, cum apud S. Germanum deceſſiſſet, eius corpus in Caſinati Templo ſepulturæ mandatur. Obijt Landulfus quinto Kalend. Auguſti.

Ann. 1236.

Præfuit annos octo, menſes totidem, ac dimidium. Vacauit Sedes biennium.

AP-

APPENDIX

DE D. THOMA AQVINATE.

LAndulfo ſecundum iàm ſuæ adminiſtrationis annum agenti, Diuum Thomam ipſius nepotem quinquennem Parẽtes educandum obtulere, eo prorſus modo, quo Tertullus olim, & Equitius, Romanorum nobiliſsimi, liberos ſuos, Placidũ, ac Maurum Diuo Benedicto, religioſa diſciplina imbuendos, tradiderant: Nec enim apud Caſinum moris erat (quicquid alibi ſecus, in noſtris etiam Cœnobijs ſanctè, ac laudabiliter fieri conſueuiſſet) vt nobilium virorum filij ad Monachorum Scholas admitterentur, niſi quibus ex parentum ſpontanea oblatione ſtatutum eſſet, vbi adoleuiſſent, religioſi ſtatus profeſsionem emittere. Caterùm Aquini Comites non vna, nec exigui ponderis cauſa, in eam mentem impelli potuerant, vt filium Monaſtica vita in Caſinati Cœnobio dicatum vellent: Primò, quod mares, ac fœminas ipſo Thoma natu maiores, tàm multos iàm ſuſceperant: vt ad generis propagationem, opeſq; ac decus familiæ, vel retinendum, vel augendum abunde ſufficerent: tùm quia Thomæ ingenium (licet puerulı) tamen in illa ætatula eximiæ ad litteras, ac pietatem propenſionis, haud ſemel certiſſima ſigna ediderat, vnde ſperari poſſet, breui fore, vt ſi tãta indoli maturè conſuleretur, admirandis in vtroq; ſtudio progreſsionibus Aquinatem Domum (alioqui clariſsimam) multò

Vide D. Benedictum in Reg. c. 59. Si quis forte de Nobilibus, &c. & Petrũ Damiani ad Deſiderium Abb. Epiſtola 17. lib. 1. Epi.

ipſe luculentius illuſtraret. Neque porrò longius abeundum erat, ad hæc religionis, & doctrinæ præſidia infanti Thomæ perquirenda; cum pene domi ſuppeterent, in Caſinate videlicet Sodalitio, cæleſtis ſapientiæ, & liberalium artium vetuſtiſſima Academia; vnde Aquinum non amplius ſeptem millia paſſuum diſtabat. Quid quod? Per eos dies Landulfus, Thomæ patruus, Caſinum Abbatis munere, atque Imperio moderabatur. An verendum ne ſummo ſtudio, & conatu operam daret, vt Thomas nedum religioſos mores, & ingenuas diſciplinas maturè combiberet; ſed etiam vt adulta poſtmodum ætate, ad illud idem ſupremi Magiſtratus faſtigium, ab ſuo exceſſu eueheretur? Quod ſi eueniret (vti euenturum, præter Landulfi amorem, & induſtriam, ipſiuſmet Diuinæ pueri indoles, & maiorum claritas, penè certò ſpondebant) tùm verò quantum vtilitatis, & commodi Aquinatum Comitum rationibus obuenturum, opulentiſſimi Cœnobij acceſſione? Quantum opportunitatis ad ſubmouenda diſſidia inter ipſos, & Caſinates penè quotidiana? Quantum auxilij ad reprimendas Aduerſariorum vires? Ad reſiſtendum Neapolitanis Regibus, Si noua moliri pergerent, pernicioſa ſubditis, & rationi, pleraque diſſentanea? Quod ſi Thomas diù inter Monachos educatus, noſtro tamen Ordini poſtea non adhæſit; id verò nemini mirum videri debet; nàm præterquam quòd bellum atrox, quod inter Pontificem Romanum, & Federicum Imperatorem exarſerat, cùm toti Campaniæ, tùm nominatim Caſinati Sodalitio maximè calamitoſum, eamdem Thomæ, quam cæteris Monachis attulit aliò demigrandi neceſſitatem. Parentũ

inſu-

inſuper cōſilia, & machinationes de Caſinati Abbatia, cū illi ſuboleuiſſent, ab omni ſemper honorū ſpe, atq; ambitualieniſſimo, cogitationes ſuas ad aliud vitæ genus amplectendum cōuertit, in quo poſſet dignitatū inſignia, ac titulos omnes facilius, ac probabilius in omnē vitam declinare. Verū Thomas è Caſinati ſodalitio latini iàm ſermonis, & naturalis Philoſophiæ peritia probè imbutus Neapolim diſcedens, Theologiæ ſtudijs operam dedit, Magiſtris itidem Caſinatibus Monachis vſus: qui per id tempus in Neapolitana Academia publicè profitebantur; quēadmodū Ptolomeus Lucenſis Prædicatorū Familiæ alumnus, ipſiq; Thomæ à Sacris Cōfeſſionibus diſertiſſimè hiſce verbis teſtatur. Poſtquā apud Monachos Caſinates profeciſſet (Thomas) in Grammatica Logica, & Naturalibus, Neapolim contendens, ſacræ Theologiæ Magiſtros etiam habuit Benedictinos, doctiſſimos nempe viros, Petrum de Hibernia, & Martinum Neapolitanum. Thomas igitur diuturno Monachorum contubernio, atq; inſtitutione, neque ineruditus, & ſanctitate iàm, editiſq; miraculis celebris, præclariſſimo Diui Dominici Ordini adſcriptus eſt: in quo breui ad illud ſanctitatis, & doctrinæ faſtigium peruenit, cuius altiſsima iecerat inter noſtros homines fundamenta; vt nobis iure optimo inſigni gloriæ ducamus, Diuinum hunc Solem, qui latiſſimè patentes Prædicatorum Ordinis campos (vbi prouectior eſt factus) immenſo lumine compleuit, ſui exortus radijs, Caſinatem Montem illuſtraſſe:

Hiſt. lib. 22. c. 19. M. S. in Biblioth. Vaticana.

STEPHANVS SECVNDVS.

ABBAS LVII.

Ann.1238. STephanus magna Sodalium gratulatione Landulfo ſublectus Abbas, maiore virtute, quàm fortuna iniunctum ſibi munus exercuit. Principio ad Federicum Imperatorem, in Galliam Ciſalpinam profectus, honorificè ab eo, humaniterq; ſuſceptus eſt: At non ità multò poſt, Cæſare à Romano Pontifice anathematis ignominia notato, in ſummum animi dolorem adducitur, occupatis Imperatoris iuſſu Cœnobij Pagis: Monachis (exceptis octo) ſanctiſſima de Sede profligatis. Theſauro tùm ſacro, tùm profano, qui tot annis, tot Principum liberalitate, ac Monachorum parſimonia coaluerat, funditus auerſo: Ad extremum ſub Federici mortem recuperatis aliquot Monaſterij Caſtellis, animi triſtitiam, & dolorem vtcumq; mitigauerat; ſed antè exceſſit è vita, quàm Caſinates fortunas pro virtute, ac voto ſubleuare potuerit, ſeptimo Kalend. Februarij. Ann.1251.

AdFedericũ Imp. profectus, humaniter ab eo excipitur.

Præfuit annis vndecim, menſes ſex, dies duos. Vacauit ſedes menſes aliquot.

RI.

RICHARDVS.

ABBAS LVIII.

RIchardum Hannibaldum, Romanum genere, Caſinates Monachi Abbatiæ Magiſtratu, Innocentius Pontifex delata Cardinalatus Dignitate, certatim cohoneſtarunt: Ille vtroq; gradu, licet ampliſſimo dignum ſe præſtitit, inſigni pietate, atque induſtria Cœnobium moderatus. Eo Rectore pleraq; loca, quæ ſuperiorum temporum acerbitas abſtulerat, iterũ Cœnobio vindicata. Ingentes à diuerſis Magnatibus, copioſæq; bonorũ donationes factæ, Monachorũ Oppida, fortunæq; omnes amplo Alexãdri IV. diplomate ſancita. Diuini cultus, Religioſiq; inſtituti (quod caput eſt) integrior, ſeueriorq; inuecta diſciplina. Demum mortalitatẽ expleuit anno 1263.

Ann. 1251. Abbas, & Cardinalis creatur.

Ann. 1263.

Præfuit annis omninò 11. *Vacauit ſedes aliquot menſibus.*

BERNARDVS PRIMVS.

ABBAS LIX.

BErnardi Abbatis exemplo compertum eſt, pernicioſiſſimè externos homines à rerum publicarum admi-

miratione indiſcriminatim ſubmoueri: cum ſæpè ab his maiores vtilitates, & commoda, quàm à proprijs Ciuibus importentur; & virtus nuſquam aduena, vbique Patriam habeat, nec à nobis iure cenſeantur extranei, quorum ope, ac beneficijs maximè intimorum Charitatem, & auxilia experimur. Bernardus natione Gallus, in Inſulæ Lerinenſis ſanctiſſimo Cœnobio ad Monaſticæ vitæ normam adeò perfectè mores ſuos conformauit: vt matura poſtmodum ætate eiuſdem loci præfectura ſit inſignitus. Hunc Carolus Primus, illuſtri prudentiæ, ac virtutis fama notiſſimum plurimi fecit, cumq; iter in Italiam ſuſciperet, eundem voluit, & itineris comitem, & ſuorum participem, ac moderatorem conſiliorum. Deindè Neapelitano Regno potitus, non modò charum habuit in paucis; ſed operam etiam dedit, vt eius præclaræ dotes, & inſignis religio, cùm alibi, tùm Romæ præſertim peruulgarentur. Quare Vrbanus Quartus crebris, certiſq; nuntijs, Caroli præſertim perhonorifica commendatione, de Bernardi ſanctitate, ac ſapiētia certior factus, illum Caſinatis Collegij regimine, mox etiam ſacra purpura decorauit. Suffectus eſt ſumma Monachorum voluntate in Abbatem Theodino cuidam Monacho Caſinati, & Acerrarum Epiſcopo, qui Manfredi Regis iuſſu vacantem Sedem inuaſerat. Apud Caſinates aſſeruantur Vrbani litteræ ad Bernardum Abbatem, quarum hoc initium. *Dilecto filio Bernardo Monaſterij Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

In Lerinenſi Cœnobio Monachus, deinde Abbas.
Carolo Regi chariſſimus.

Vt ex litteris eiusdem Vrbani ad Bernardum Abbatem

Præfulgore dignitatis immenſæ, quo Confeſſor Almus gratia Benedictus, & nomine, Monaſterium Caſinenſe multipliciter illuſtrauit, locus ipſe veluti dilectus à Dominico,

ſicut

ſicut multa redditur veneratione colendus, ſic amplius meruit manuteneri fauoribus, & ſpecialiter Sedis Apoſtolicæ præſidio cõfoueri. Hic eſt enim verè locus inſignis, huius Almi ſignis præfulgidis inſignitus, cuius Sidereus per Orbem Ordo late diffuſus, præminentia claritatis irradians, inibi fundamẽta ſuſcepit, &, vt maioris præcellentiæ gloria locus ille fulgeret, poſt corruptibilis vitæ decurſum idem Sanctus ſpiritualiter ad ſuperna vocatus, ibidem corporaliter in Domino requieſcit. Tum ad finem, *Cupientes autem, vt ipſum Monaſterium ſtatum proſperum Diuina clementia cooperante reſumat, & interponentes Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudium, ne per vacationem diutinam incurrat in ſpiritualia, & temporalia detrimenta; ſperantes quoque quod per tuæ circumſpectionis induſtriam, cum habearis vir ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, conſilij maturitate præclarus, & ſollicitudine circumſpectus, Monaſterium ipſum releuetur à noxijs, & vtiliter auctore Domino proficiat in vtriſque: te à vinculo, quo tenebaris Monaſterio Lirinenſi, cuius praeras regimini, penitus abſoluentes, ad prædictum Monaſterium Caſinenſe duximus de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine transferendum, teque ipſi Monaſterio Caſinenſi de fratrum noſtrorum conſilio, in Abbatem præfecimus, &c.*

Igitur Bernardi ſanctitati, prudentiæ, ſollicitudini, perpetuiſq; laboribus, Monaſticæ diſciplinæ accuratam inſtaurationem, & ferè quicquid ſtabilium honorum ad hæc vſq; tempora poſſederunt, hodieq; poſſident Caſinates, iure optimo retulerint acceptum. Bernardus itaq; ſuſcepta Cœnobij adminiſtratione, ſtudium, & curas omnes eò intendit, vt ſanctiſſimarum legum cultus ad pri-

Quantũ Caſinates Bernardo debeant.

mæ-

Digitized by Google

Liberatoris nedum mores,& diſciplina correcti,ſed Aedificia etiam amplitudine,& elegantia inſignitèr accreuere. Verùm in Bernardo ad naturæ dotes,præcleraque animi ornamenta litterarum etiam excellens, ac multiplex cognitio adiungebatur,cuius ille beneficio multa piè,ſapienterq;compoſuit.Extant adhuc nonnulla noſtri Ordinis hominibus, ac præſertim Cœnobiorum Præfectis ſanè perutilia,quos nimirùm ille, & ſuperiorum Abbatum exemplis, & proprio vſu, atq; experientia edoctus,ſeriò monet,enixèq; obteſtatur,vt ſi officio ſuo ritè defūgi velint, & à ſubditis integram, inuiolatamq; ſacri Inſtituti obſeruātiā exigere,& cōſequi:illud ipſi,viciſſim & meminerint,& obſeruent accuratiſſimè, vt quæ illorum victus,cultuſq; ratio expoſcit, prompta manu, ac liberali ſuppeditent vniuerſa;alioquin irritum fore quidquid dicant, edicantq; quoſuis labores, ac conatus pro religioſa diſciplina,vel retinēda,vel reſtituēda ſuſceperint,nihil omninò profuturos;neq; fieri vllo modo poſſe, quin ſacer Ordo quotidiè labatur in peius, & paulatim peſſum eat,ſi hæc,quā diximus,Rectorum in ſuos alumnos charitas, & paterna ſollicitudo deſideretur. Legatùs à ſummo Pontifice ſemel in Gallias,iterùm Conſtantinopolim,& mittentis deſiderio,& rerum,quas tractandas ſuſceperat,magnitudini,abundè ſatisfecit. Iam Bernardo omnia ex voto, conceptiſq; initio ſui Magiſtratus conſilijs euenerant; cum repentino caſu, minimèq; expectato conſternatus, præ moleſtia,animiq; mœrore penè cōtabuit.Carolus ab inito Regno aliquot poſt annos, vel ab ipſa regnandi conditione,ac licentia:vel aliorum conſilijs deprauatus,inter alia, quibus ſe ipſum contami-

Literarum peritia excelluit.

Extant adhuc conſcripti eo libri Abbatibus præſertim perutiles.

Duas obiit Summi Pontificis iuſſu legationes.

nauit, deteſtanda facinora, illud in primis memoratur, quod Bernardo abſēte, Caſinates rerum capitalium foro, ac iuriſdictione ſpoliauit, permiſitq; à ſuis militibus Cœnobij Oppida impunè occupari, ac retineri: Quod ſimul atq; Bernardo reduci nuntiatum eſt, acerrimi doloris profundo vulnere ſauciatus, ſatis admirari non poterat, Carolum eò ſceleris, ac dementiæ progreſſum fuiſſe; vt præter inultam ſui exercitus ſacrilegā temeritatem, ſanctiſſimo quoq; Collegio antiquiſſimum ius, plurimorum Principum priuilegijs confirmatum, ſuſtuliſſet ipſe, à quo præ cæteris, & iure patriæ, & acceptis beneficijs, & firmandæ Regiæ poteſtatis intuitu, ratum haberi maximè oportuerat, & nouo adhuc diplomate communiri. Neq; tamen Abbas in his anguſtijs conſtitutus, ſe ipſe deſeruit, ſed admirabili prudentia, & lenitate vſus, infeſtas Caroli copias ab inſeſſis Monaſterij Oppidis ſubmouit. Quo peracto Bernardus premente iàm ſenio, & recentis acerbitate doloris, paulò poſt exceſſit è vita: Ob rerum tamen geſtarū magnitudinem, & copiā apud poſteros grata ſemper recordatione victurus. At Carolus grauiſſimæ noſtrorum hominum contumeliæ, & Sanctiſſimi Patris Benedicti contemptus tàm inſignis, méritas pœnas dependit; nàm quo die Caſinates ſuis exuit iuribus, ac priuilegijs, eodem ipſe, ſceleris ſupplicium expoſcente Numine, Siciliæ Regno ſpoliatus eſt, Gallorum quotquot tota Sicilia degebant, condicto inter Siculos Veſperarum ſigno, omnibus miſerrimè contrucidatis: cuius atrociſſimæ cladis cauſam illatæ potiſſimum Caſinatibus Monachis à Carolo iniuriæ diſertè attribuit Vrbanus V. ſummus Pontifex, datis hac ſuper re Nea-

Carolus Rex Monachos Caſinates rerum capitalium foro exuit.

Ann. 2272.

Ann. 2281. Carolus admiſſi in Caſinates Sceleris dat pœnas.

Siculorum Veſperæ.

Neapolim ad Ioannam Reginam codicillis. Tàm ſeuerè vlciscitur Deus in noſtrum Ordinem contumelioſos,benignè annuens Benedicto, ſuorum cauſam, ac defenſionem ſtudioſiſſimè commendanti.

Præfuit annis vndeuiginti.

THOMAS.

ABBAS LX.

THomas de Rocca quinq; millium,ſumma totius ſodalitij voluntate delatam adminiſtrationem,inuitiſſimus ipſe ſuſcepit. Verùm in regimine tantò melior euaſit, ac vtilior,quantò ſe regimini minus ſufficientem, atq; idoneum, arbitrabatur. Bernardi ſolertiſſimi Abbatis imitatione, atq; exemplo, Cœnobij redditus omnes, ac iura (quod domeſticæ rei plurimũ intererat)diligentiſſimè perquiſita, in Codices retulit,quos Regeſta vulgò nuncupamus. Subditis Monaſterij rebellibus omnes immunitates, quibus per ſuperiores Abbates donati fuerant, lata in eos ſententia ademit, nominatim conterraneis pagi, cui à Sancto Elia nomen eſt, quòd Cœnobio ſuppetias equitatu non tuliſſent, quemadmodum ingruentibus bellis,ex pacto inter ipſos,& Caſinates conuenerat. Peculiari etiam decreto uetuit, ne qui alteri Religioſæ Familiæ nomen

anteà dediſſet, Caſinati Monaſterio adſcriberetur. Aedẽ ſacram Diui Iacobi de Pace, in Mineano, vetuſtate fatiſcentem, inſtauratam decorauit. Anno duodecimo Thomæ Magiſtratus vertente, Cæleſtinus Quintus S. P. Benedicti ſepulcrũ inuiſit. Per eam occaſionem hortatus eſt Monachos, vt recens ab ſe inſtitutæ Cõgreationi Caſinenſe Cœnobium aggregari paterentur, ſimulq; habitum admitterent, cum eiuſdem Inſtituti ſodalibus concolorem. Quo vtroq; impetrato, quinquaginta ex ſuis Monachis Caſinum legauit: Decani appellatione in Prioris Clauſtralis nomen commutata. Sed faciliùs fuit, quàm diuturniùs, hoc alterius diſciplinæ, habitusq; ſuſceptum ab vetuſtiſſimo ſodalitio commercium: nàm Bonifacius Octauus Cæleſtini ſucceſſor, eius actus omnes abrogauit, Cardinalibus tantùm, quos creauerat, de accepta dignitate non deiectis. Cæterùm Thomas ætate iàm prouecta, deſijt eſſe inter viuos Nonis Iunij.

Cæleſtinus quintus Caſinum adit.

Eius poſtulatu Cæleſtini Monachi cũ Caſinatibus iunguntur.

Ann. 1296.

Præfuit annis quatuordecim.

PONTIVS.

ABBAS LXI.

POntius Catanenſis Thomæ ſubrogatus, & à Bonifacio Põtifice cõſecratus eſt, eodẽ anno, & menſe. Hic prædium apud Troiam Apuliæ, ex quo pingues redditus Cœnobio proueniebant, Caroli Secundi Re-

Regis ope, ac præſidio, ab Troianis Ciuibus occupatum recuperauit. Defunctus eſt eodem anno. Ann.1297.

Præfuit menſibus ſex.

ANGELARIVS SECVNDVS.

ABBAS LXII.

ANgelarius ex eorum numero, quos Cæleſtinus Caſinũ direxerat, ſummum inter Monachos gradũ ſpectatæ virtutis opinione conſequutus, poſt adeptam à Bonifacio Octauo Pontifice conſecrationem, adiuit. Nihilo diutiùs Pontio Catanenſi adminiſtrauit; quippè menſibus quinque, diebus nouem. Ab eius funere vacauit ſedes menſes aliquot. Ann.1297.

BERNARDVS SECVNDVS.

ABBAS LXIII.

BErnardus pari cum ſuperioribus innocentia, & ſanctitate ad Cœnobij regimen anno eodẽ euectus eſt; ſed expletis tãtùm ſuæ Præfecturæ menſibus quatuor, diebus quatuor, ac viginti, Obijt. Ann.1297.

Vacauit Sedes per menſes aliquot.

Ber-

BERNARDVS TERTIVS.

ABBAS LXIV.

BErnardum doctrina,& religione ſpectabilem,eodem anno Bonifacius Papa Epiſcopum Tripolitanum, & Caſinatis Monaſterij adminiſtratorem conſtituit. Perbreui ſeptem menſium ſpatio (tandiù .n. gubernauit)à Conſtātino Sardiniæ Rege, duas Eccleſias Caſinatibus ea in Inſula impetrauit. Templo S. Magni apud Fundos,itemq;alibi alijs duobus
Ann.1298. recuperatis,mortem obijt Kalend. Auguſti.

Præfuit menſes ſeptem.

GALARDVS.

ABBAS LXV.

GAlardus Auguſto menſe, Caſinatis cœtus ſuffragijs rerum ſummam capeſſit, nec ſine laude moderatur, ſacro Cœnobio diuerſis pagis,
Ann.1304. ac poſſeſſionibus,quibus exutum fuerat,ſuo labore,atq; induſtria ditato:deceſſit anno 1304.

Præfuit annis quinque,menſibus ſex,diebus viginti.

Sedes per menſes aliquot vacauit.

Tho-

THOMAS SECVNDVS.

ABBAS LXVI.

THomas Vir egregiè pius,ac Sanctus, animo planè inuito Caſinatis domus gubernacula admiſit: ſui regiminis operæ pretium fecit, reſtituta apud Caſinum religioſi inſtituti accuratiore diſciplina. Fato functus eſt anno 1308. Ann.1308.

Præſedit annis duobus,menſibus nouem.
Vacauit Sedes aliquot menſes.

MARINVS.

ABBAS LXVII.

MArinus Tomacellus, cum Neapolitanæ Familiæ ſplendorem Religionis, ac morum nobilitate ſuperaſſet, primarium inter Caſinates locum adeptus eſt, Vir omnium virtutum ornamentis abundè diues. Monaſterij fortunas magno adhibito labore,atq; induſtria amplificauit,receptis, quæ occupatæ fuerant,Eccleſijs aliquot,ac Pagis. Ann.1313. Aetate admodùm prouecta diem obijt.

Præfuit annis quinque. Vacauit Sedes diebus aliquot.

Iſuar-

ISVARDVS.

ABBAS LXVIII.

ISuardus eodem anno, menſe Decembri electus Abbas, aſſertis ruſſus in poteſtatem varijs prædijs, quibus ſpoliatum fuerat Monaſterium; inſtaurata Clauſtri diſciplina, re familiari diligentèr adminiſtrata, ſui muneris officio laudabilitèr functus, Obijt 1322. Ann. 1322.

Præfuit annos nouem.

APPENDIX

DE CASINATIS COENOBII ABBATIBVS.

A Ioanne XXII. Pontifice, Epiſcopi dignitate inſignitis.

IOannem Pontificem, huius nominis viceſimum ſecundum, eximia religio in Sanctiſſimum Patriarcham Benedictum, & in eius alumnos ſingularis beneuolentia permouit, vt amplificato mirũ in modum, ſub optimo Abbatum regimine, Caſinenſi populo, Recto-

rem

rem ei daret, Epiſcopi officio, ac dignitate conſpicuum; qualem nimirum Cœnobij dignitas, & ſubditorum multitudo requirebant. Anno igitur ſui Pontificatus Sexto, humanæ ſalutis MCCCXXIII. Caſinatem Eccleſiam, in Cathedralem regularem erexit, Epiſcopi duntaxat dignitate, Abbatis Officio, ac Præfecturæ, ſuperaddita; ità vt, ab ipſo mox Patrum Conuentu (quem Capituli nomine appellari placuerat) ex Sacrorum Canonum formula electus Antiſtes, vtroq; munere, Abbatis ſcilicet, & Epiſcopi fungeretur. Quæ poſtea conſuetudo ad Vrbani V. Pontificatum viguit, apud Caſinates inuiolabilis. Caſinenſis Eccleſia in Cathedralē erigitur.

ABBATES CASINATES EPISCOPI.

RAIMVNDVS EPISCOPVS I.

ABBAS LXIX.

RAimundus Monachus Caſinas pari eruditionis, & integritatis laude commendatus, vnanimi Patrum conſenſu in Caſinatem Epiſcopum ſublectus, ab eodē Ioanne Pontifice conſecratur; à quo etiā totius Cāpaniæ, Maritimæq; Prouinciarum generalis Procurator, & Comes eſt renunciatus. Is

in Vico Sancti Petri excitato prænobili Palatio, ſuam ibi Sedem, ac Domicilium fixit. Aliud item non minoris ſumptus, & amplitudinis Neapoli erexit; quo poſtea Montis Oliueti Patres ab Henrico Caſinate Abbate impetrato, celebre Monaſterium (quod hodieq; incolunt) eodem in loco ſubſtruxere. Germanenſes decimas, perſoluere detrectãtes, diris deuouit; Romani Pontificis diplomate, lata in eos excommunicatione roborata. Morũ, & diſciplinæ Regularis culturam in ſacro ſodalitio diligentèr promouit. Aetate cum admodum proceſſiſſet, Ann. 1340. diem obijt Kalend. Auguſti an. 1340.

Præfuit annis quatuordecim, Vacauit Sedes dies aliquot.

GVIDO EPISCOPVS II.

ABBAS LXX.

GVido Natione Gallus, neque diù, neque tranquillo animo duplicem Epiſcopi, & Abbatis dignitatem apud Caſinum retinuit; Difficilis, breuioriſq; Magiſtratus cauſam attulere Antonius Gallutius, & Iacobus Pignatarius, miles, & Eccleſiæ Caſinenſis vaſſallus, qui theſauro Caſinatis Eccleſiæ aſportato minimè contenti, Caſtella inſuper Monaſterij per vim; & nefas tyrannico more occupata, plures deindè annos habuerunt in poteſtate: At Pagus Sancti Pe-

Petri in Curullis, quem per eos dies Matthæus Branchatius ijsdem artibus ſibi vindicarat, nunquam poſtea eſt Monachis reſtitutus. Guido igitur tùm his, tùm alijs aduerſæ fortunæ procellis iactatus, robore, atq; animo impar, exceſſit è viuis, Quarto Nonas Auguſti anno 1341. Ann. 1341.

Præfuit circiter annum.

RICHERIVS SECVNDVS EPISCOPVS III.

ABBAS LXXI.

Richerius ab eodem Pontifice propter inſignem ſapientiæ famam, non expectatis Monachorum ſuffragijs, in Epiſcopum, & Abbatem Guidoni ſuffectus, Caſinum trãſmittitur; Temporis breuitate prohibitus nequijt quæ animo conceperat, in rem Monachorum, & Cœnobij perficere. Apud Tarentum, recepta S. Petri Imperialis Eccleſia deceſſit tertio Ann. 1343. Kalend. Martij ann. 1343.

Præfuit annum cum dimidio, dies vigintiquinque.
Vacauit Sedes per menſes aliquot.

Digitized by Google

STEPHANVS TERTIVS EPISCOPVS IV.

ABBAS LXXII.

STephanus Clemẽtis Papæ Sexti beneficio Caſinate Cathedra donatus, iura omnia, & quoſcunq; redditus Caſinatis Eccleſiæ ſumma diligentia perueſtigauit; quod Poſteris inſigni adiumento fuit, ad prædia complura, cenſus annuos, ac penſiones recuperandas. Demùm ab eodem Pontifice ad Epiſcopatum S. Pontij
Ann.1346. translatus eſt.

Præſedit triennium. Vacauit ſedes menſes nonnullos.

GVLIELMVS EPISCOPVS V.

ABBAS LXXIII.

GVilielmus in Epiſcopum Caſinatem electus, diuturniorem quidem, quàm Stephanus, ſed multò turbulentiorem habuit præfecturam; ſi quidem in ea incidit tempora, cum idem Iacobus Pignatarius à Clemente Papa piorum cœtu, & cõſuetudine ſubmotus, quòd auectas ſacri Cœnobij opes, &

Digitized by Google

& capta Caſtella reſtituere noluiſſet, ira, & furore percitus, atrociora in Sanctiſſimum locum, ac Monachos quotidiè moliebatur, ac perficiebat: neq; impotenti licentiæ impoſuit modum, donec expulſis Caſino Patribus, ipſum etiam Guilielmum Epiſcopum deturbauit; Sed Deo tandem vindice extinctus cum ſua tyrannide Pignatarius, Guilielmus ad ſuã Sedem regreſſus, Caſtella Monaſterij recuperata, Sancti Patris Benedicti leges, puriùs, ſãctiùſq; obſeruari cœptæ. Anno Secundo poſtquam adminiſtrare cœperat, horribili terræmotu tota Campania, & Caſinatis præſertim Epiſcopatus regio per multos dies contremuit. Quo tempore, præter alia plurima Regni Neapolitani Oppida, celeberrimum illud, longèq; ſpecioſiſſimum Templum (quod olim Deſiderius Abbas ædificarat) cum inſigni Caſinenſi Monaſterio funditus euerſum eſt; adeò, vt ne vnicum quidem cubiculum incolume, atq; intactum remanſerit, quò redeuntes ex agro Monachi ſuccedere potuiſſent. Peſtis ſubindè, & fames toto Orbe graſſatæ: igneæ trabes viſæ de Cælo ruere per plures dies. Interim Patres extemporarias domos è tabulis conſtructas, inhabitarunt, prope Diui Benedicti Templum, quo interdiù, noctùq; diuinas laudes ad Regulæ præſcriptum concinerent: ab iniurijs temporum vtcunq; protecti, & illęſi. Moritur Guilielmus ſui regiminis anno ſeptimo nondum expleto. Eius prudentiam, ac in rebus agendis vſum inſignem omninò fuiſſe, argumento ſunt complures Archiepiſcopales Cathedræ, quas antè Caſinatem deinceps rexit, ſanè non ignobiles, Tranenſis ſcilicet, Brunduſina, & Horitana: tùm honeſtiſſimi Magiſtratus, Romani Pontificis nomine adminiſtrati. Extant lit-

Horribili terræmotu Caſinenſis Baſilica, totumq; Cœnobium concidit.

literæ ab ipſo ſcriptæ, quarum initium eſt, *Guilielmus permiſſione diuina olim Tranenſis, Brūduſinus, & Horitanus Archiepiſcopus; nunc Epiſcopus Caſinenſis, Apoſtolicæ* Ann. 1353. *Sedis Nuntius, & Collector in Regno Siciliæ citra Pharum, & Ciuitatis Beneuentanæ, ſuiq; Territorij, & diſtrictus Rector.*

Præfuit ſex annos, ac menſes aliquot.

FRANCISCVS EPISCOPVS VI.

ABBAS LXXIV.

FRanciſci ab Innocentio Sexto Pontifice in Caſinatem Epiſcopum, & Abbatem creati, biennalis adminiſtratio, reparandæ domui, & recuperandis Cœnobij bonis, magna ſollicitudine impenſa; Ann. 1355. fato fungitur ann 1355.

Præfuit biennium.

FR. ANGELVS PRIMVS EPISC. VII.

ABBAS LXXV.

ANgelus Acciaiolus prænobilis apud Florentinos familiæ, multò nobiliorem fratrum Prædicatorū fa-

familiam elegerat; vbi ſapientia, & probitate ità excelluit,vt à Romano Pontifice, Aquilanis primùm, deindè Florentinis, poſtremò Caſinatibus Epiſcopus ſit datus; idq; Ludouici Regis inuitatu, ac prece, qui Auenione apud Clementem Pontificem, ad Regnum recuperandum Angeli præſentis auctoritate,prudentia, dexteritate inſigniter adiutus, eum quàm proximum ſibi exoptabat,quò eius conſuetudinem ſæpiſſimè deguſtare,conſilijs verò atq; opera in rerum difficilium adminiſtratione vti poſſet. Neque Angelus pro inſita ſibi humanitate, ac ſingulari in Regem beneuolentia, inuitanti Ludouico ad Caſinatem Cathedram, non obſequendum putauit. Cæterum Rex, ne tantus vir vllam dignitatis iacturã dimiſſo Florentiæ Epiſcopatu, ſubire videretur, Regni Siciliæ Cancellarium, recens ab inito Caſinati Magiſtratu, renuntiauit. In qua Inſula grauioribus negotijs Regio nomine curandis diù verſatus, concreditæ ſibi noſtrorum familiæ, ac Diœceſi minus multò, quàm ſi iugiter præſens interfuiſſet,proſpexit,atq; conſuluit. Plura tamen priuilegia paulò amplius biennio à Rege Caſinatibus impetrauit. Neapoli vita functum Ludouicus honeſtiſſimis exequijs efferri voluit, numeroſo Procerum Comitatu,ac Rege ipſo,funeris pompã proſequẽte. Ann. 1357.

Præfuit annis duobus,menſibus tribus,diebus ſeptem.

An.

ANGELVS SECVNDVS EPISCOPVS VIII.

ABBAS LXXVI.

ANgelus Soranus, ex Monacho Caſinate Epiſcopus Nonus, Baſilicam, & Monaſterium magna ex parte nobilibus ædificijs reſtituit: Sanctiſſimi Martyris Berharij exuuias, ab Exedra in Templum translatas, ſub Ara maxima honorificè collocauit. Reipublicæ commodis ſeriò intentum mors
Ann.1361. immatura præripuit.

Præfuit quadriennium. Vacauit Sedes aliquot dies.

ANGELVS TERTIVS EPISCOPVS IX.

ABBAS LXXVII.

ANgelus inter Caſinates Epiſcopos vltimus, ſed Natalium claritate facilè primus (quippè qui Romæ ab Gente Vrſina ſpectatiſſimæ nobilitatis progenitus) demandatam ſibi Prouinciam ſuſcepit, adminiſtrauitq; annis omninò quatuor, quo tempore, quidquid cuiuis ad eam diem ſuperiores Caſinates Epiſcopi conceſſerant, vndè aliquid Monaſterio

Poſtremus Epiſcopus Caſinas ex Vrſina familia.

rio

rio euenire poſſet incommodi, irritum eſſe, ac nullum Vrbani V. Pontificis auctoritate declaratũ fuit. Oppidum Citrarij quorumdam tyrannide, ſexdecim annos oppreſſum, in libertatem, ditionemq; Monachorum antiquiſſimam aſſeruit. Eſt autem Citrarij locus, Caſtrum in Calabria nobile, quod Sicelgaita Roberti Calabriæ Ducis vxor, ſingulari in D. Benedictum ſtudio, ac religione incenſa, Caſinenſi Monaſterio, præter alia plurima, ac pretioſiſſima munera, Deſiderio Abbate donauerat. Deceſſit Angelus apud Caſinum. Ann. 1365.

Præfuit annis quatuor.

ITERVM ABBATES CASINATES

VRBANVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

ABBAS LXXVIII.

VRbanus V. clariſſimum Ordinis noſtri decus, ac iubar, ex Monacho Cluniacenſi, & Abbate S. Victoris Maſſiliæ, ab ingenij, & integritatis ſumma laude ſpectatiſſimus, dum in Italia apud Vicecomitem Inſubriæ Ducem, Apoſtolici Nuncij munus obit, nec dum Cardinalis à Sacro Senatu ſu-

premi Eccleſiæ Antiſtitis honore decoratur. Is paulò antè, quàm in Romanum Pontificem inauguratus eſt, Caſinum voti cauſa inuiſens, extraordinaria loci religione, ac ſanctimonia captus, mirificam animo cœperat voluptatem. Verùm ex vna parte antiquam Caſinatis Eccleſiæ magnificentiam, ſplendoremq; ſecum reputans, ex altera præſentis ſtatus miſerias, & quamdam veluti vaſtitatis imaginem, ob recentes terræmotus, & acciſas, direptasq; à vicinis Magnatibus Cœnobij opes, ac fortunas, durante Epiſcoporum regimine, contemplatus: inter preces, & lacrymas ad Sepulchrum D. Benedicti, religioſiſſimè promiſit, ſi quæ aliquando (fauente Numine) facultas ſibi concederetur, curaturum ſe, vt Sanctiſſimi Patriarchæ domicilium, depreſſum nimis, ac humi penè iacens, opportunis erigeretur ſubſidijs. Hac voti ſponſione apud Caſinum perfunctus, dum in Franciam reuertitur, Tabellarios propè Mediolanum obuiam habuit, literas, & fauſtæ gratulationis nuncios, delatæ ſibi à purpuratis Patribus Pontificiæ dignitatis afferentes. Quo loco autem Romanæ Sedis Antiſtes eſt ſalutatus, procūbēs in genua, ſublatiſq; in Cælum oculis, ac manibus, obortis lacrimis in eā vocē erupiſſe dicitur. *A Dño factū eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris*; certò ſibi perſuadens, tantæ faſtigiū dignitatis, cōcepti ad ſacros D. Benedicti cineres voti mercedem, ac præmium ſibi obtigiſſe. Quamobrem inito ſupremo Magiſtratu diligentiſſimè ſtuduit ea confeſtim perficere, & exequi, quæ ſe facturum Sanctiſſimo Patriarchæ ſpopōderat. Itaq; primo ſui Pontificatus anno directis ad Antiſtitem Fundanum litteris, eidem mandat, vt quaſcumq; bonorum alienationes per Caſinatem Epi-

Epiſcopum, eiuſq; prædeceſſores in Cœnobij detrimentum factas, omnino reuocet, ac nullas faciat; tametſi Apoſtolicis literis probatæ fuiſsēt, & confirmatæ. Alio etiam diplomate Epiſcopi, & Capituli Caſinenſis rogatu permotus, priuilegia omnia, tùm à Romanis Pontificibus, tùm etiam à Regibus, Principibus, & quibuſcumq; alijs Caſinenſi Cœnobio indulta, rata eſſe iuſſit, ac firma. Deindè anno ſui regiminis quinto, cum Angelus Vrſinus Caſinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum poſtremus iam deceſſiſſet; Vrbanus capta ea opportunitate decreuit eamdem Eccleſiam, quemadmodum in voti nuncupatione ſibi propoſuerat, inſtaurare; quod antequam præſtare aggrederetur, has litteras ſuæ teſtes voluntatis euulgauit. *Vrbanus Epiſcopus ad futuram rei memoriam. Cogit neceſſitas facienda reparationis Venerabilis Eccleſia Caſineñ, & inducit veneranda deuotio Beati Benedicti Abbatis, in cuius regula fuimus ab annis teneris enutriti, vt ad reparationem eandem faciendam celeriùs fauores Apoſtolicos impendamus. Dudum ſiquidem ad reparationem, & alias ad vtilitatem dicta Eccleſia Caſineñ proprio Paſtore carentis multipliciter in ſuis adificijs, & Officinis collapſa, pracipuis affectibus intendentes, ipſam Eccleſiam ad manus noſtras, & Sedis Apoſtolica poſuimus; & proponimus aliquanto tempore retinere. Vt igitur ipſa Eccleſia eò citiùs reparetur, quò à pluribus oneribus fuerit releuata, eam ab omnibus impoſitionibus decimarum, & ſubſidiorum per dictam Sedem factis, & in poſterum faciēdis, ac procurationibus Legatorum, & Nuntiorum ipſius Sedis toto tempore, quo Eccleſia ipſa in manibus noſtris, & dicta Sedis exiſtet, auctoritate Apoſtolica, tenore praſentium eximimus, abſoluimus, ac*

Vt ex Bulla Vrbani de reparatione Eccleſ. Caſinen.

Digitized by Google

etiam liberamus, volentes, ac concedentes, quòd omnia, quæ à tempore obitus bonæ memoriæ Angeli Epiſcopi Caſinenſis ex ipſius Eccleſiæ redditibus, & prouentibus prouenerunt, & deinceps quandiù Eccleſia ipſa erit in dictis manibus, vt præfertur prouenient, ſupportatis neceſſarijs oneribus ipſius Eccleſiæ, fabricæ memoratæ Eccleſiæ applicentur &c. Ad Caſinatis verò Cœnobij ſubditos peculiari diplomate hæc habet. *Vrbanus &c. Dilectis filijs, vniuerſis vaſſallis, ac ſubditis Monaſterij Caſinẽſis, &c. Cum ſicut audiuimus in creatione, ſeù iucundo aduentu noui Abbatis Monaſterij Caſineñ ſecundum antiquam cõſuetudinem, eidem Abbati certam pecuniæ ſummam ſoluere debeatis, decet fidelitatem veſtram huiuſmodi pecuniam tempore, quo ipſum Monaſterium pro eius euidenti vtilitate; Præſertim pro refectione Eccleſiæ dicti Monaſterij, quod ad noſtras manus tenemus, tantò libentiùs, & promptiùs ſoluere, quantò ampliùs lætari debetis, Romanum Pontificem in veſtrum habere immediatum ſuperiorem, & Dominum, quantòq; certiores eſtis, quòd eadem pecunia in fabricam, ſeù ædificationem dictæ Eccleſiæ conuertetur &c.* Verùm enimuerò quamuis hæc omnia, quæ huc vſq; recenſuimus, Eccleſiæ Caſinenſi valdè vtilia eſſent, ac proficua; religioſiſſimo tamen in Diuum Benedictum Pontifici ſatis non fuere; qui cum vnum illud, quod ad prædictam Eccleſiam penitus ſubleuandam, & priſtino ſplendori, ac magnificentiæ reſtituendam accommodatiſſimum eſſe, ac neceſſarium prudentèr intelligebat, adhuc ſicut erat in votis præſtare nequiuiſſet; ſtatim ac opportunitas ſe dedit, ſubſtituto iterùm in Epiſcopi locum Abbate, eamdem Eccleſiam ipſius Abbatis curæ, atq; adminiſtrationi, ex antiquiſſima

Vt ex alio diplomate eiuſdem Vrbani.

cùm

cum Diui Benedicti Regula, tùm loci ipſius conſuetudine, moderandam, regendamq; commiſit. Cæterùm nunquam Cœnobiũ Caſinenſe impenſum ſibi ab Vrbano amorem, ac munificentiam ſatis prædicare; nec Vrbanus ſatis valeat Caſinates pro merito munerari, quibus Pontificatum, rem omnium in terris maximam, ſe debere profeſſus eſt. Ann. 1367.

Cænobium annis quatuor plus minus adminiſtrauit.

BARTHOLOMAEVS.

ABBAS LXXIX.

BArtholomęus Senenſis, poſt reſtitutos per Vrbanum Pontificem Caſinatibus Epiſcoporum loco Abbates, primus hoc munere, atq; officio meruit cohoneſtari: quod tamen neque diù exercuit, neque feliciter admodum abſoluit; dum enim inſtitutam Eccleſiæ ædificationem promoueret, repentina morte oppreſſus eſt, ſecundò ſuæ adminiſtrationis anno nec dum expleto. Ann. 1369.

Præfuit annum, & menſes aliquot.

An.

ANDREAS PRIMVS.

ABBAS LXXX.

ANdreas Fauentinus Ordinis Montis Oli-
ueti,Caſinum ab eodem Vrbano legatus
Abbas,propenſa Monachorum volunta-
te exceptus eſt , eodem anno . Huic cu-
pienti commendatum ſibi munus,quàm
cumulatiſſimè explere, haud operoſum
fuit, quæcunq; Sacri Sodalitij commodis, & amplitudi-
ni deſeruirent , ab ſtudioſiſſimo noſtrorum hominum
Pōtifice impetrare: Quamobrem quoſuis Cœnobij pro-
uentus , & iura omnia , Andreæ rogatu, Vrbanus ſuis di-
plomatibus firmauit , addiditq; inſuper ampliſſima pri-
uilegia , præſertim, vt ſi fortè Neapolitanum Regnum
Eccleſiaſtico interdicto ſubdatur , Cœnobium Caſinas ,
eiq; ſubiecta loca (niſi ſi eorum peculiaris mentio fiat)
Interdicti lege , ac pœna affici nullo modo intelligan-
tur : Vt Monaſteria vtriuſq; Siciliæ,ſexageſima omnium
reddituum parte,Caſinatis Domus inſtaurationem adiu-
uent,ac promoueant . Huius etiam Abbatis induſtria, &
ſollicitudine Aedes Sanctæ Agathæ prope Monaſte-
rium conſtructa eſt . Cœnobium D. Benedicti Capua-
num ædificiorum cultu , & diſciplinæ reformatione il-
luſtratum . Sacra Templi ornamenta multis alijs pretio,
& opere, nobilibus comparatis , inſigniter accreuere .
Monachi apud Caſinum ad Sanctiſſimæ Regulæ præ-
ſcri-

ſcripta viuentes,centeſimum numerum expleuere. Magna etiam prædiorum pars,quæ deperierant,recuperata. Demùm optimè de Sanctiſſimo Collegio promeritus, diem obijt 13. Kalend. Octobris ann. 1374. Ann'1347.

Præfuit annis quinque.

PETRVS QVARTVS.

ABBAS LXXXI.

PEtrus de Tartaris Romæ honeſto loco natus,gentis, & Patriæ nobilitatem eximijs virtutibus, animi præſertim firmitate,ac conſtantia, cumulauit.Is primùm Sancti Laurentij extra muros Vrbis,deindè Caſini Abbas à Gregorio vndecimo creatus eſt, maxima totius Sodalitij gratulatione. Diu noſtros homines rexit(quippe annis vndè viginti, mẽſibus octo, diebus decem,ac nouem) ſed non diutiùs rexit, quam ſanctiùs,ac prudentiùs. Templum arcuato opere perfectum,pulcherrimis laquearibus interiùs decorauit; plũbeis laminis operuit exteriùs. Odeo in media Eccleſia conſtituto,haud parùm addidit elegãtiæ,ac nitoris. Hoſpitalem domum in ipſo Cœnobio incluſam, ne aduenientes Peregrini parùm commodè admitterẽtur, magna impenſa reſtituit. Conſcripto milite plura Monaſterij Oppida(illud præſertim,quod Caſtrum Cæli appellant) pro-

prope Aquinum,ab iniqua aduerſariorum poteſtate extorſit. Oppidanos Plumbariolæ,Fractarum,& Citrarij in Calabria, qui à Monachis defecerant,rurſus adegit iuſſa conſueta exequi,& fidelitatis Sacramentum obire;quod item à cæteris populis Caſinati ditioni ſubiectis,eſt præſtitum.Germanenſes fluxa fide, ad rebellionem inclinã-tes, in officio continuit. At verò Petrus apud Vrbanum VI. quo loco fuerit, quantum honorificentiæ ab eodem ſit promeritus,operæ pretium fuerit,ex ipſomet Vrbano diſtinctè cognoſcere.Anno itaq;ſui Pontificatus I. has ad Petrum direxit litteras. *Vrbanus Epiſcopus,Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Montis Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & ſinceritate ſentimus,mentem noſtram, ſaturatam varijs tribulationibus, plurimum conſolantur. Tu itaq; fili,ſicut cœpiſti,perſeuera;quia prout ſperamus in Domino,qui non derelinquit ſperantes in ſe, finis præſentibus aduerſitatibus imponetur. Tu,& alij deuoti filij noſtri, & Eccleſia Romana gaudebitis per viam rectitudinis ambulaſſe. Datum Romæ &c.* Deindè anno ſecundo, quo tẽpore Romana Sedes grauiſſimo ſchiſmate, à Roberto Pſeudo Pontifice,eiuſq; fautoribus,Cardinalibus,Principibus,Epiſcopis(Aquinate præſertim) excitato,atq; enutrito, laborabat, maximis difficultatibus, atq; anguſtijs circumſepta,alteras eidem Petro ſuperioribus longè copioſiores dedit in hanc ſententiam. *Vrbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis &c. Dignum certè,& rationi congruum arbitramur,vt quæ in omnium iniuriam, & offenſam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam,& deducantur*

Vrbanus VI. ad Petrum Abbatem.

Idem Vrbanus ad eumdem, Abbatem.

in

in publicam notionem. Nuper ſi quidem cum filij Belial, videlicet Robertus, *olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, vulgariter dictus Gebenen. Ioannes olim Tituli* S. *Marcelli, vulgariter dictus Ambianen. Geraldus olim Tituli S. Clementis, vulgariter dictus Maioris Monaſterij, Præsbiteri, & Petrus olim S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & Deũ præ oculis non habentes, contra nos diuerſas conſpirationes, collegationes, & machinationes facere, & ſchiſma in Dei* Eccleſia *ponere, & Ciuitatem noſtram Anagninam, & nonnullas alias Terras noſtras, & Romanæ Eccleſiæ occupare, & occupari facere; & quamplures alios graues exceſſus perpetrare, & committere præſumpſiſſent; ac deinde per nos paterno zelo moniti, vt ab huiuſmodi exceſſibus deſiſtere, & ab eorum erroribus reſipiſcere vellent; ipſi more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, & nolentes intelligere, vt bene agerẽt, in profundum deſcendentes malorum, cum nonnullis alijs, quos cum eorum diabolicis ſuggeſtionibus ad eorum iniquum propoſitum ſequendum attraxerunt, cõgregati in Ciuitate Fundana, in domo iniquitatis filij; Honorati Caietani, olim Comitis Fũdorum, prædictũ Robertũ Antipapam temere elegerunt, quẽ Papam nominare, & nos non eſſe Papã aſſerere, & prædicari facere dãnabiliter præſumpſerũt, atq; præſumunt; cũq; ad præmiſſa tam Petrus olim Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius noſter, quam etiam Iacobus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus; Nicolaus olim Archiepiſcopus Cuſentinus, Petrus olim Vrbeuetanus, Iulielmus olim Vrbinas, Petrus olim Montis Flaſconi, Ioannes olim Gebenen. & Franciſcus olim Caiacenſis, Epiſcopi, & Bertrannus Raſini, olim Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & Maſellus Caſilli, olim Rector Eccleſiæ S. Mariæ Pediſgriptæ*

Nos enim tibi capiendi, ſeù capi faciendi, & carceribus mancipandi prædictos Damnatos, & alios eidem Roberto Antipapæ credentes, & adhærentes, ſeù fauentes, & receptatores, & defenſores eorumdem damnatorum, & contra ipſos procedendi, nec non contradictores quoslibet, et rebelles, cuiuſcunq; dignitatis, gradus, ſtatus, præminentiæ, Ordinis, vel conditionis extiterint, etiamſi Regali, aut Reginali, vel Imperiali, aut Pontificali, ſeù quauis alia Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendi, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus, etc. plenam, et liberã tenore præſentium concedimus facultatem, Dat. Romæ, etc. Petrum verò Abbatem Vrbani VI. Papæ mãdatis ſtudioſè, celeriterq; fuiſſe obſecutum, ex hiſce literis, quas pro accepta ab eodẽ auctoritate promulgauit, aduertimus. *Nos verò*, inquit, *volentes tanquã obediẽtiæ filij humiliter, et obediẽter obedire mandatis Apoſtolicis, vt tenemur; vobis omnibus, et ſingulis, Prioribus Abbatibus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Canonicis etc. de Terris Epiſcopatus, et Diæceſis Aquinatẽſis, ſtricte præcipiẽdo mãdamus, quatenus quilibet veſtrũ in Eccleſia veſtra, Populo coadunato, prædicetis, dicatis, & pronuncietis vulgari ſermone, prædictum Ioannem olim Epiſcopum Aquinatenſem fuiſſe, & eſſe excommunicatum, ſchiſmaticum, Apoſtatam, & Blaſphemum, &c. & reum crimine læſæ Maieſtatis, & contra dictum Dominum noſtrum Papam, & Romanam Eccleſiam conſpiratorem, &c. ipſumq; pro Ioanne priuato, & excommunicato, & anathematizato, & non pro* Epiſcopo *Aquinatenſi, nominari faciatis, nec nominetis, ſub pœna excommunicationis, & priuationis beneficiorum*

rum

rum, & officiorum veſtrorum, quam in vos, & veſtrum quemlibet, ſi noſtrorum mandatorum (quod non credimus) contemptores fueritis, canonicis monitionibus præmiſſis, pro tribunali ſedentes proferimus in ſcriptis, vos, & veſtrum quemlibet incurrere volumus ipſo facto, &c. Quamuis autem Vrbanus hiſce maximi momenti mandatis luculenter oſtenderit, quantum ſingulari Petri Abbatis ſapientiæ, rerumq; gerendarum maximo vſui, ac peritiæ deferret; adhuc tamen multò euidentius teſtatum reliquit, directo ad eundem, quod hic ſubijciemus diplomate. *Vrbanus Epiſcopus, &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis, &c. Cum nos dudum ex certis, iuſtis, & rationabilibus cauſis, Iniquitatis alumnam Ioannam olim Reginam Siciliæ, tanquam hæreticam, & Sciſmaticam, omnibus Regnis, & feudis, ac bonis, quæ ipſa olim obtinebat, priuatam fore declarauimus, & ipſam etiam priuauerimus, & propterea Regnum Siciliæ, quod ipſa Ioanna à Romana* Eccleſia *tenebat in feudum, cuiuſq; ſupremum dominium, & omnimoda diſpoſitio ad nos, & eandem Eccleſiam pertinet, vacauerit, & adhuc vacare noſcatur; Nos volentes, quantum cum Deo poſſumus, eiuſdem Regni, & Incolarum, ac habitatorum ipſius indemnitatibus præcauere; Te, Vicarium noſtrum in temporalibus, in omnibus Caſtris, Terris, Villis, & locis Monaſterij tui Caſinenſis, tenore præſentium vſq; ad noſtrum beneplacitum conſtituimus, & etiam deputamus, & inſuper diſcretioni tuæ exercendi, durante huiuſmodi beneplacito, auctoritate Apoſtolica per alium, ſeu alios ad hoc idoneos, in omnibus Caſtris, Terris, Villis, & locis prædictis, cum infra dictum Regnum exiſtant, temporalem iuriſdictionem cum mero, & mixto impe-*

prope Aquinum,ab iniqua aduerſariorum poteſtate extorſit. Oppidanos Plumbariolæ,Fractarum,& Citrarij in Calabria, qui à Monachis defecerant,rurſus adegit iuſſa conſueta exequi,& fidelitatis Sacramentum obire;quod item à cæteris populis Caſinati ditioni ſubiectis,eſt præſtitum.Germanenſes fluxa fide, ad rebellionem inclinãtes, in officio continuit. At verò Petrus apud Vrbanum VI. quo loco fuerit, quantum honorificentiæ ab eodem ſit promeritus,operæ pretium fuerit,ex ipſomet Vrbano diſtinctè cognoſcere. Anno itaq;ſui Pontificatus I. has ad Petrum direxit litteras. *Vrbanus Epiſcopus,Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Montis Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & ſinceritate ſentimus,mentem noſtram, ſaturatam varijs tribulationibus, plurimum conſolantur. Tu itaq; fili,ſicut cœpiſti,perſeuera;quia prout ſperamus in Domino,qui non derelinquit ſperantes in ſe, finis præſentibus aduerſitatibus imponetur. Tu,& alij deuoti filij noſtri, & Eccleſia Romana gaudebitis per viam rectitudinis ambulaſſe. Datum Romæ &c.* Deindè anno ſecundo, quo tẽpore Romana Sedes grauiſſimo ſchiſmate, à Roberto Pſeudo Pontifice,eiuſq; fautoribus,Cardinalibus,Principibus,Epiſcopis(Aquinate præſertim) excitato,atq; enutrito, laborabat, maximis difficultatibus, atq; anguſtijs circumſepta,alteras eidem Petro ſuperioribus longè copioſiores dedit in hanc ſententiam. *Vrbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis &c. Dignum certè,& rationi congruum arbitramur,vt quæ in omnium iniuriam, & offenſam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam,& deducantur in*

Vrbanus VI. ad Petrum Abbatem.

Idem Vrbanus ad eumdem Abbatem.

in publicam notionem. Nuper ſi quidem cum filij Belial, videlicet Robertus, olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, vulgariter dictus Gebenen. Ioannes olim Tituli S. Marcelli, vulgariter dictus Ambianen. Geraldus olim Tituli S. Clementis, vulgariter dictus Maioris Monaſterij, Præsbiteri, & Petrus olim S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & Deū præ oculis non habentes, contra nos diuerſas conſpirationes, collegationes, & machinationes facere, & ſchiſma in Dei Eccleſia ponere, & Ciuitatem noſtram Anagninam, & nonnullas alias Terras noſtras, & Romanæ Eccleſiæ occupare, & occupari facere, & quamplures alios graues exceſſus perpetrare, & committere præſumpſiſſent; ac deinde per nos paterno zelo moniti, vt ab huiuſmodi exceſſibus deſiſtere, & ab eorum erroribus reſipiſcere vellent; ipſi more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, & nolentes intelligere, vt bene agerēt, in profundum deſcendentes malorum, cum nonnullis alijs, quos omnes eorum diabolicis ſuggeſtionibus ad eorum iniquum propoſitum ſequendum attraxerunt, cōgregati in Ciuitate Fundana, in domo iniquitatis filij, Honorati Caietani, olim Comitis Fūdorum, prædictū Robertū Antipapam temere elegerunt, quē Papam nominare, & nos non eſſe Papā aſſerere, & prædicari facere dānabiliter præſumpſerūt, atq; præſumunt, cūq; ad præmiſſa tàm Petrus olim Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius noſter, quam etiam Iacobus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus, Nicolaus olim Archiepiſcopus Cuſentinus, Petrus olim Vrbeuetanus, Iulielmus olim Vrbinas, Petrus olim Montis Flaſconi, Ioannes olim Gebenen. & Franciſcus olim Caiacenſis, Epiſcopi, & Bertrannus Raſini, olim Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & Maſellus Caſilli, olim Rector Eccleſiæ S. Mariæ Pediſgriptæ

Bb *pro-*

prope Aquinum,ab iniqua aduerſariorum poteſtate extorſit. Oppidanos Plumbariolæ,Fractarum,& Citrarij in Calabria, qui à Monachis defecerant,rurſus adegit iuſſa conſueta exequi,& fidelitatis Sacramentum obire;quod item à cæteris populis Caſinati ditioni ſubiectis,eſt præſtitum.Germanenſes fluxa fide, ad rebellionem inclinātes, in officio continuit. At verò Petrus apud Vrbanum VI. quo loco fuerit, quantum honorificentiæ ab eodem ſit promeritus,operæ pretium fuerit,ex ipſomet Vrbano diſtinctè cognoſcere.Anno itaq;ſui Pontificatus I. has ad Petrum direxit litteras. *Vrbanus Epiſcopus,Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Montis Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & ſinceritate ſentimus,mentem noſtram, ſaturatam varijs tribulationibus, plurimum conſolantur. Tu itaq; fili,ſicut cæpiſti,perſeuera;quia prout ſperamus in Domino,qui non derelinquit ſperantes in ſe, finis præſentibus aduerſitatibus imponetur. Tu,& alij deuoti filij noſtri, & Eccleſiæ Romanæ gaudebitis per viam rectitudinis ambulaſſe. Datum Romæ &c.* Deindè anno ſecundo, quo tēpore Romana Sedes grauiſſimo ſchiſmate, à Roberto Pſeudo Pontifice,eiuſq; fautoribus,Cardinalibus,Principibus,Epiſcopis(Aquinate præſertim) excitato,atq; enutrito, laborabat, maximis difficultatibus, atq; anguſtijs circumſepta,alteras eidem Petro ſuperioribus longè copioſiores dedit in hanc ſententiam. *Vrbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis &c. Dignum certè,& rationi congruum arbitramur, vt quæ in omnium iniuriam, & offenſam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam,& deducantur*

Vrbanus VI. ad Petrum Abbatem.

Idem Vrbanus ad eumdem, Abbatem.

in

in publicam notionem. Nuper ſi quidem cum filij Belial, videlicet Robertus, *olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, vulgariter dictus Gebenen. Ioannes olim Tituli* S. *Marcelli, vulgariter dictus Ambianen. Geraldus olim Tituli S. Clementis, vulgariter dictus Maioris Monaſterij, Præsbiteri, & Petrus olim S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & Deũ præ oculis non habentes, contra nos diuerſas conſpirationes, collegationes, & machinationes facere, & ſchiſmia in Dei* Eccleſia *ponere, & Ciuitatem noſtram Anagninam, & nõnullas alias Terras noſtras, & Romanæ Eccleſiæ occupare, & occupari facere; & quamplures alios graues exceſſus perpetrare, & committere præſumpſiſſent; ac deinde per nos paterno zelo moniti, vt ab huiuſmodi exceſſibus deſiſtere, & ab eorum erroribus reſipiſcere vellent; ipſi more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, & nolentes intelligere, vt bene agerent, in profundum deſcendentes malorum, cum nonnullis alijs, quos omne eorum diabolicis ſuggeſtionibus ad eorum iniquum propoſitum ſequendum attraxerunt, cõgregati in Ciuitate Fundana, in domo iniquitatis filij, Honorati Caietani, olim Comitis Fũdorum, prædictũ Robertũ Antipapam temere elegerunt, quẽ Papam nominare, & nos non eſſe Papã aſſerere, & prædicari facere dãnabiliter præſumpſerũt, atq; præſumunt; cũq; ad præmiſſa tàm Petrus olim Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius noſter, quam etiam Iacobus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus, Nicolaus olim Archiepiſcopus Cuſentinus, Petrus olim Vrbeuetanus, Iulielmus olim Vrbinas, Petrus olim Montis Flaſconi, Ioannes olim Gebenen. & Franciſcus olim Caiacenſis, Epiſcopi, & Bertrannus Raſini, olim Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & Maſellus Caſilli, olim Rector Eccleſiæ S. Mariæ Pediſgriptæ*

 pro-

prope Aquinum,ab iniqua aduerſariorum poteſtate extorſit. Oppidanos Plumbariolæ,Fractarum,& Citrarij in Calabria, qui à Monachis defecerant,rurſus adegit iuſſa conſueta exequi,& fidelitatis Sacramentum obire;quod item à cæteris populis Caſinati ditioni ſubiectis,eſt præſtitum.Germanenſes fluxa fide, ad rebellionem inclinãtes, in officio continuit. At verò Petrus apud Vrbanum VI. quo loco fuerit, quantum honorificentiæ ab eodem ſit promeritus,operæ pretium fuerit,ex ipſomet Vrbano diſtinctè cognoſcere.Anno itaq;ſui Pontificatus I. has ad Petrum direxit litteras. *Vrbanus Epiſcopus,Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Montis Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & ſinceritate ſentimus,mentem noſtram, ſaturatam varijs tribulationibus, plurimum conſolantur. Tu itaq;fili,ſicut cœpiſti,perſeuera;quia prout ſperamus in Domino,qui non derelinquit ſperantes in ſe, finis præſentibus aduerſitatibus imponetur. Tu,& alij deuoti filij noſtri, & Eccleſia Romana gaudebitis per viam rectitudinis ambulaſſe. Datum Romæ &c.* Deindè anno ſecundo, quo tẽpore Romana Sedes grauiſſimo ſchiſmate, à Roberto Pſeudo Pontifice,eiuſq; fautoribus,Cardinalibus,Principibus,Epiſcopis(Aquinate præſertim)excitato,atq; enutrito, laborabat, maximis difficultatibus, atq; anguſtijs circumſepta,alteras eidem Petro ſuperioribus longè copioſiores dedit in hanc ſententiam. *Vrbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis &c. Dignum certè,& rationi congruum arbitramur, vt quæ in omnium iniuriam, & offenſam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam,& deducantur*

Vrbanus VI. ad Petrum Abbatem.

Idem Vrbanus ad eumdem, Abbatem.

in

in publicam notionem. Nuper ſi quidem cum filij Belial, videlicet Robertus, *olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, vulgariter dictus Gebenen. Ioannes olim Tituli* S. *Marcelli, vulgariter dictus Ambianen. Geraldus olim Tituli S. Clementis, vulgariter dictus Maioris Monaſterij, Praſbiteri, & Petrus olim S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & Deũ præ oculis non habentes, contra nos diuerſas conſpirationes, collegationes, & machinationes facere, & ſchiſma in Dei* Eccleſia *ponere, & Ciuitatem noſtram Anagninam, & nonnullas alias Terras noſtras, & Romanæ Eccleſiæ occupare, & occupari facere, & quamplures alios graues exceſſus perpetrare, & committere præſumpſiſſent; ac deinde per nos paterno zelo moniti, vt ab huiuſmodi exceſſibus deſiſtere, & ab eorum erroribus reſipiſcere vellent; ipſi more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, & nolentes intelligere, vt bene agerent, in profundum deſcendentes malorum, cum nonnullis alijs, quos omnes eorum diabolicis ſuggeſtionibus ad eorum iniquum propoſitum ſequendum attraxerunt, cõgregati in Ciuitate Fundana, in domo iniquitatis filij, Honorati Caietani, olim Comitis Fũdorum, prædictũ Robertũ Antipapam temere elegerunt, quẽ Papam nominare, & nos non eſſe Papã aſſerere, & prædicari facere dãnabiliter præſumpſerũt, atq; præſumunt; cũq; ad præmiſſa tàm Petrus olim Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius noſter, quam etiam Iacobus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus, Nicolaus olim Archiepiſcopus Cuſentinus, Petrus olim Vrbeuetanus, Iulielmus olim Vrbinas, Petrus olim Montis Flaſconi, Ioannes olim Gebenen. & Franciſcus olim Caiacenſis, Epiſcopi, & Bertrannus Raſini, olim Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & Maſellus Caſilli, olim Rector Eccleſiæ S. Mariæ Pediſgriptæ*

prope Aquinum,ab iniqua aduerſariorum poteſtate extorſit. Oppidanos Plumbariolæ,Fractarum,& Citrarij in Calabria, qui à Monachis defecerant,rurſus adegit iuſſa conſueta exequi,& fidelitatis Sacramentum obire;quod item à cæteris populis Caſinati ditioni ſubiectis,eſt præſtitum.Germanenſes fluxa fide, ad rebellionem inclinãtes, in officio continuit. At verò Petrus apud Vrbanum VI. quo loco fuerit, quantum honorificentiæ ab eodem ſit promeritus,operæ pretium fuerit,ex ipſomet Vrbano diſtinctè cognoſcere. Anno itaq; ſui Pontificatus I. has ad Petrum direxit litteras. *Vrbanus Epiſcopus,Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Montis Caſinenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Boni rumores, quos quotidie de tua fidelitate, & ſinceritate ſentimus,mentem noſtram, ſaturatam varijs tribulationibus, plurimum conſolantur. Tu itaq; fili,ſicut cœpiſti,perſeuera;quia prout ſperamus in Domino,qui non derelinquit ſperantes in ſe, finis præſentibus aduerſitatibus imponetur. Tu,& alij deuoti filij noſtri, & Eccleſia Romana gaudebitis per viam rectitudinis ambulaſſe. Datum Romæ &c.* Deindè anno ſecundo, quo tẽpore Romana Sedes grauiſſimo ſchiſmate, à Roberto Pſeudo Pontifice,eiuſq; fautoribus,Cardinalibus,Principibus,Epiſcopis(Aquinate præſertim) excitato,atq; enutrito, laborabat, maximis difficultatibus, atq; anguſtijs circumſepta,alteras eidem Petro ſuperioribus longè copioſiores dedit in hanc ſententiam. *Vrbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis &c. Dignum certè,& rationi congruum arbitramur, vt quæ in omnium iniuriam, & offenſam nequiter perpetrantur, ad communem omnium proferantur notitiam,& deducantur in*

Vrbanus VI. ad Petrum Abbatem.

Idem Vrbanus ad eundem Abbatem.

in publicam notionem. Nuper ſi quidem cum filij Belial, videlicet Robertus, *olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, vulgariter dictus Gebenen. Ioannes olim Tituli* S. *Marcelli, vulgariter dictus Ambianen. Geraldus olim Tituli S. Clementis, vulgariter dictus Maioris Monaſterij, Presbiteri, & Petrus olim S. Euſtachij Diaconus Cardinalis, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & Deũ præ oculis non habentes, contra nos diuerſas conſpirationes, collegationes, & machinationes facere, & ſchiſma in Dei* Eccleſia *ponere, & Ciuitatem noſtram Anagninam, & nonnullas alias Terras noſtras, & Romanæ Eccleſiæ occupare, & occupari facere; & quamplures alios graues exceſſus perpetrare, & committere præſumpſiſſent; ac deinde per nos paterno zelo moniti, vt ab huiuſmodi exceſſibus deſiſtere, & ab eorum erroribus reſipiſcere vellent; ipſi more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, & nolentes intelligere, vt bene agerent, in profundum deſcendentes malorum, cum nonnullis alijs, quos omnes eorum diabolicis ſuggeſtionibus ad eorum iniquum propoſitum ſequendum attraxerunt, cõgregati in Ciuitate Fundana, in domo iniquitatis filij Honorati Caietani, olim Comitis Fũdorum, prædictũ Robertũ Antipapam temere elegerunt, quẽ Papam nominare, & nos non eſſe Papã aſſerere, & prædicari facere dãnabiliter præſumpſerũt, atq; præſumunt; cũq; ad præmiſſa tàm Petrus olim Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius noſter, quam etiam Iacobus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus; Nicolaus olim Archiepiſcopus Cuſentinus, Petrus olim Vrbeuetanus, Iulielmus olim Vrbinas, Petrus olim Montis Flaſconi, Ioannes olim Gebenen. & Franciſcus olim Caiacenſis, Epiſcopi, & Bertrannus Raſini, olim Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & Maſellus Caſilli, olim Rector Eccleſiæ S. Mariæ Pediſgriptæ pro-*

propè Neapolim,ac etiam iniquitatis filius Honoratus Caietani prædictus, Antonius olim Comes Caſertanus, Franciſcus de Vico olim Præfectus Vrbis, Ioannes de Malateſta, Nicolaus Spinellus de Iuuenacio, aliàs dictus de Neapoli, *Silueſter Buda, Bernardus de la Sala, Petrus de la Saga milites, & Quilbonetus de la Sala Domicellus, dediſſent auxilium, conſilium, & fauorem, ac multa alia mala, & enormia contra nos, & Romanam Eccleſiam operati fuiſſent, & præfata omnia adeò tunc forent, prout ſunt, notoria, quòd nulla poterant tergiuerſatione celari; tandem nos contra omnes prædictos, de fratrum noſtrorum conſilio, debitis iuris ſolemnitatibus obſeruatis, certos ſucceſiuè proceſſus fecimus, per quos declarauimus, ipſos omnes fuiſſe, & eſſe ſchiſmaticos, apoſtatas, & blaſphemos, & cõtra nos Conſpiratores, & reos criminis læſæ Maieſtatis, & tanquam hæreticos puniẽdos, prædictoſq; Robertum, Ioannem* Geraldum, *ac Petrũ olim Cardinales, à Cardinalatibus dictæ Romanæ Eccleſiæ, & ab omni Cardinalatus commodo, & honore, ac prædictos olim Patriarchã, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ab omnibus etiam Pontificalibus, & quibuſcumq; alijs Dignitatibus, & honoribus Eccleſiaſticis; ac Bertrandum, & Maſellum, etiam quibuſcumq; Dignitatibus, Perſonatibus, & Officijs, ac Beneficijs* Eccleſiaſticis, *nec non Honoratum, & Antonium, olim Comites, Franciſcum de Vico, olim Præfectum, Nicolaum Spinellum, Silueſtrum, Bernardum, Petrum de la Saga, & Quisbonetum, omnibus dignitatibus, honoribus, & gratia militiæ, ac cingulo militari fuiſſe, & eſſe priuatos, ipſoſq; priuauimus, ac omnium prædictorum bona mobilia, & immobilia, ac Iura, & Iuridictiones fuiſſe, & eſſe confiſcata, & confiſcauimus; ipſoſq, omnes fuiſſe, & eſſe excommunicatos, & anathematizatos, & incidiſſe in diuerſas pœnas*

et

& ſententias, tàm à iure, quã ab homine in talia perpetrantes inflictas, & promulgatas, ipſorumq; perſonas deteſtabiles, & infames fuiſſe exponendas, & expoſuimus à Chriſti fidelibus capiẽdas. Et inſuper voluimus ꝙ omnes, & ſinguli Xp̃i fideles, qui Crucis aſſumpto charactere, ad prædictorũ Roberti, Ioannis, Geraldi, & Petri, & aliorum damnatorum huiuſmodi captionem, & exterminium ſe accingerent, & eos pro poſſe perſequerentur, illa gaudeant indulgentia, illoque priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium conceduntur, prout in diuerſis noſtris indè confectis litteris in Romana *Curia, & alijs diuerſis partibus publicatis, pleniùs continetur. Cupientes igitur, ꝙ præmiſſa omnia ad cõmunẽ notitiã Chriſti fideliũ deducantur, & ipſi fideles, à prædictorũ peruerſorũ, qui alios ad præcipitium ſecũ trahere moliuntur, aſtutijs præſeruẽtur, ac de tua prudentia, & circũſpectionis induſtria ſpecialẽ in Domino fiduciã obtinentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta cõmittimus, & diſtrictè præcipiendo mãdamus, quatenus fidei loricam induens, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, aſſumens, contra prædictos ſchiſmaticos, ac Dei, & eius Sanctæ Eccleſiæ inimicos, & adhærentes, & fauentes eiſdem, aduerſuſq; omnes alios, qui famam noſtrã denigrare, vel eorum falſis latratibus contra ſtatum, & honorem noſtrũ, vel dictæ Eccleſiæ aliqua dicere, vel facere præſumpſerint, & præſertim contra iniquitatis alumnum, Ioannem olim* Epiſcopum Aquinatenſem*, qui prædictis Damnatis notoriè adhæret, & fauet, te accingas, & tanquam verus dictæ fidei pugil inſurgens, tàm in publicis, quàm etiam priuatis ſermonibus, & prædicationibus innocentiam noſtram, & Eccleſiæ prædictæ cauſam defenſurus aſſumas.*

Nos enim tibi capiendi, ſeù capi faciendi, & carceribus mancipandi prædictos Damnatos, & alios eidem Roberto Antipapæ credentes, & adhærentes, ſeù fauentes, & receptatores, & defenſores eorumdem damnatorum, & contra ipſos procedendi, nec non contradictores quoslibet, et rebelles, cuiuſcunq; dignitatis, gradus, ſtatus, præeminentiæ, Ordinis, vel conditionis extiterint, etiamſi Regali, aut Reginali, vel Imperiali, aut Pontificali, ſeù quauis alia Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendi, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus, etc. plenam, et liberã tenore præſentium concedimus facultatem, Dat. Romæ, etc. Petrum verò Abbatem Vrbani VI. Papæ mãdatis ſtudioſè, celeriterq; fuiſſe obſecutum, ex hiſce literis, quas pro accepta ab eodẽ auctoritate promulgauit, aduertimus. *Nos verò*, inquit, *volentes tanquã obediẽtiæ filij humiliter, et obediẽter obedire mandatis Apoſtolicis, vt tenemur; vobis omnibus, et ſingulis, Prioribus Abbatibus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Canonicis etc. de Terris Epiſcopatus, et Diæceſis Aquinatẽſis, ſtricte præcipiẽdo mãdamus, quatenus quilibet veſtrũ in Eccleſia veſtra, Populo coadunato, prædicetis, dicatis, & pronuncietis vulgari ſermone, prædictum Ioannem olim Epiſcopum Aquinatenſem fuiſſe, & eſſe excommunicatum, ſchiſmaticum, Apoſtatam, & Blaſphemum, &c. & reum crimine læſæ Maieſtatis, & contra dictum Dominum noſtrum Papam, & Romanam Eccleſiam conſpiratorem, &c. ipſumq; pro Ioanne priuato, & excommunicato, & anathematizato, & non pro Epiſcopo Aquinatenſi, nominari faciatis, nec nominetis, ſub pœna excommunicationis, & priuationis beneficio-*

rum

rum , & officiorum veſtrorum, quam in vos,& veſtrum quemlibet,ſi noſtrorum mandatorum (quod non credimus) contemptores fueritis, canonicis monitionibus præmiſſis,pro tribunali ſedentes proferimus in ſcriptis, vos, & veſtrum quemlibet incurrere volumus ipſo facto,&c. Quamuis autem Vrbanus hiſce maximi momenti mandatis luculenter oſtenderit, quantum ſingulari Petri Abbatis ſapientiæ,rerumq; gerendarum maximo vſui,ac peritiæ deferret;adhuc tamen multò euidentius teſtatum reliquit,directo ad eundem,quod hic ſubijciemus diplomate . *Vrbanus Epiſcopus,&c. Dilecto filio Petro Abbati Monaſterij Caſinenſis, &c. Cum nos dudum ex certis,iuſtis , & rationabilibus cauſis , Iniquitatis alumnam Ioannam olim Reginam Siciliæ,tanquam hæreticam,& Sciſmaticam,omnibus Regnis , & feudis, ac bonis , quæ ipſa olim obtinebat, priuatam fore declarauimus , & ipſam etiam priuauerimus,& propterea Regnum Siciliæ,quod ipſa Ioanna à Romana* Eccleſia *tenebat in feudum , cuiuſq; ſupremum dominium,& omnimoda diſpoſitio ad nos, & eandem Eccleſiam pertinet,vacauerit , & adhuc vacare noſcatur ; Nos volentes,quantum cum Deo poſſumus , eiuſdem Regni , & Incolarum, ac habitatorum ipſius indemnitatibus præcauere;Te,Vicarium noſtrum in temporalibus,in omnibus Caſtris,Terris,Villis,& locis Monaſterij tui Caſinenſis,tenore præſentium vſq; ad noſtrum beneplacitum conſtituimus , & etiam deputamus,& inſuper diſcretioni tuæ exercendi , durante huiuſmodi beneplacito , auctoritate Apoſtolica per alium,ſeu alios ad hoc idoneos, in omnibus Caſtris, Terris , Villis , & locis prædictis , cum infra dictum Regnum exiſtant,temporalem iuriſdictionem cum mero,& mixto imperio*

rio,prout opportunum fuerit, ac ſtatui, & honori noſtro, & Romanæ Eccleſiæ prædictæ videris expedire, plenam, & liberam concedimus tenore præſentium poteſtatem. Datum Romæ, &c. Quàm egregiè verò idem Summus Antiſtes animatus fuerit, non modò erga Petrum Abbatem; ſed erga Caſinas etiam Cœnobium,quantumq; huius bona,ac iura cordi habuerit, liquebit ex verbis ſequentis Priuilegij. *Vrbanus Epiſcopus &c. Singularis deuotionis affectus,quem ad Monaſterium Caſineñ Nobis,& Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectum &c. gerimus,meritò nos inducit,vt Monaſterium ipſum,& perſonas in eo degentes ſpecialis prærogatiuæ gratia proſequamur.Hinc eſt quod nos dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus eiusdem Monaſterij precibus inclinati,tenore præſentium ſtatuimus, & etiam ordinamus,quòd litteræ Apoſtolicæ,quas per quoſcumq; ſuper obtinendis Monaſterijs,Præpoſituris,Prioratibus,Grangijs,Adminiſtrationibus, Dignitatibus, Perſonatibus,Officijs, aut alijs beneficijs Eccleſiaſticis, quibuſcumq; Secularibus,vel Regularibus, prædicto Monaſterio Caſineñ ſubiectis,vel dependentibus ab eodem,nec non Caſtris,Villis, Oppidis,Iuribus,& Iuriſdictionibus,redditibus quoque, & prouẽtibus ad Monaſteriũ ipsũ pertinẽtibus,vel ſibi quoquo modo ſubiectis,à Sede Apoſt. vel eius Legatis ſub quacumq; ſerie,aut forma, vel expreſſione verborũ de cætero impetrari contigerit, niſi de huiuſmodi dependentia,& ſubiectione,ac de ipſius Monaſterij exemptione,et de toto tenore huiuſmodi noſtri Priuilegij plena,et expreſſa,ac de verbo ad verbum in ipſis litteris mentio habeatur, nullius penitus ſint momenti, ipſasq; litteras,et proceſſus per eaſdem forſan habendos, et quæcumq; inde ſecutura, ex nunc carere decernimus omni*

robore

robore firmitatis . *Nulli ergò &c.* Caroli quoque Tertij Regis Neapolis animum virtutis præſtantia, & ſuppeditatis ad Regni recuperationē auxilijs, vſq; eò demeritus eſt; vt totius Regni Magnus Cancellarius conſtitutus ab eo ſit, & præclariſſimo Elogio cohoneſtatus, vti liquet ex priuilegij ad ipſummet Petrum Abbatem tranſmiſſi conceptiſſimis hiſce verbis. *Conſtantiſſimus, & tenaciſſimus Cultor fidei apud Sanctiſſimum D. N. Papam, ac S. Romanam Eccleſiam fuiſti, zelator noſtri nominis, & honoris, amator bonorum, correptor reproborum, quem non terruerunt tempore turbinum horrenda, & formidanda pericula: ſed quantò humana perfidia periculoſiùs te inuaſit, tantò fortiòr, & robuſtiòr, armatus veritatis clypeo ſurrexiſti ad pugnam, in virtute diuina, & fide Catholica, ad aliorum Regulam, et doctrinam, difficultatem rerum, et ponderum ſuperando.* Ladislao item Regi acceptiſſimus, multis ab eo donatus eſt in rem Cœnobij beneficijs. Oppidum Pontis Curui (deiecto indè Henrico Fūdenſi Comite) priſtinæ Monachorum ditioni ſubiecit. Tanti Præſulis fama longè, latèq; percrebeſcente, plurimi ſacro Cœnobio poſſeſſiones, ac fortunas propenſiſſimis animis obtulere. Ad vltimum Petrus rerum præclariſſimè geſtarum multitudine, & gloria memorabilis, deceſſit tertio Nonas Iunij an. 1395.

Illuſtre teſtimonium Caroli Regis de præclariſſimis Petri dotibus.

Præfuit annis undeuiginti, menſibus octo, diebus decem, ac nouem. Vacauit ſedes menſes aliquot.

HEN-

HENRICVS.

ABBAS LXXXII.

HEnricus Tomacellus Patricius Neapolitanus, quo tempore Cœnobium S. Saluatoris in Agro Theatino Caſinenſi ſubiectũ tẽperabat, à Bonifacio IX. ipſius perſtudioſo, & affine, Petro de Tartaris ſubrogatur. Summi Pontificis propinquitate, ac beneuolentia vſus, omnium Cœnobij priuilegiorũ confirmationem, aliaq; inſuper de nouo impetrauit: In his, præſertim duo, quorum particulas hunc in locum trãsferre viſum eſt. Prioris quidem (vnde conijcias quam honorificè de Monaſterio sẽtiat, ac loquatur, hic Põtifex *Bonifacius Epiſcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam. Monaſterium Caſineñ Nobis, et Eccleſia Romana immediatè ſubiectum, quàm olim famoſum fuerit, et celebre, quãtàq; ueneratione ſit dignum, B. Benedicti, qui eius fuit inſtitutor, et cultor, vnde totius Religionis eiuſdem, ac Monaſticæ legis manauit exordium, geſta mirifica manifeſtant; ac Summorum Pontificum, et Romanorum Imperatorum Indulta ampliſſima ſerioſius atteſtantur; cuius etiam Monaſterij fuerunt facultates ampliſſimæ Beato Benedicto per claræ memoriæ Henricum Imperatorem, et Conſtantiam eius Conſortem Imperatricem, Tertullum Patritium Vrbis, et Succeſſorem Octauiæ, condonata: prout in antiquiſſimis geſtis, et notis in Annalibus dicti Monaſterij diſcriptis*

cla-

claret; ſed proh dolor! propter guerrarum diſcrimina, quæ longe retroactis temporibus partes illas miſerabiliter afflixerunt, & Sciſmatum in Dei Eccleſia, ac Vacationum dicti Monaſterij interdum eueniente diſpendio: etiam temporum faciente malitia, Regum quoq; Regni Trinacriæ, ac Baronum eidem Monaſterio vicinorum dominandi libido, & violentæ vſurpationes, vaſſallorum etiam temeritates in ipſum Monaſterium ceruices damnabiliter erexerunt, facultates dicti Monaſterij ad maximam partem per alios vſurpantur, & à centum annis citra per diuerſas perſonas, ad quas ſucceſſiuè vſurpatorio quodam iure deuenere, per longiſſima tempora occupatæ tenentur, & tentæ fuerunt. Et quoniam Sedes Apoſtolica pia mater ſolet etiam, cum expedit, in benedictionibus præcurrere, & indemnitati prædictorum locorum, prout expedit, ſubuenire, conſiderantes quoq; ſicut fide dignorum relatione percepimus, plurima bona, Ciuitates, Caſtra, Munitiones, Prædia, Inſulæ ad dictum Monaſterium ſpectantia, & pertinentia, etiam ante hos centum annos, & per tempora exinde decurſa occupata teneantur, & eorum occupatores forſan ſola præſcriptione, ſeù temporum decurſibus, aduerſus dictum Monaſterium ſuas vſurpationes excuſare curabunt. Nos igitur attendentes, quod præfatum Monaſterium nullum habet præter Romanum Pontificem defenſorem, ac volentes ſuper præmiſſis paterna ſollicitudine prouidere, motu proprio, non ad dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus dicti Monaſterij Caſinen. vel alicuius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam; ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, de Sedis Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, præſentium tenore decernimus, ſtatuimus, &

mandamus, quod præfati Monaſterij Abbas, & Conuentus, quarũcumq; præſcriptionum decurſibus, à centũ annis proximè præteritis citra, nec non Conſtitutionibus Apoſtolicis, Imperialibus, legalibus, Municipalibus, Statutis, Conſuetudinibus, & alijs contrarijs nõ obſtãtibus quibuſcumq; poſſint, & valeant in quacumq; Curia, coram quocumque Iudice Eccleſiaſtico, & Seculari, tàm Ordinario, quàm Delegato, & vbicumq; eis opus fuerit agere, & experiri, conſequi, & ſe tueri, &c. Ità quod eo modo, & forma poſſint, & valeant huiuſmodi iuribus, & actionibus expedirı agendo, & defendendo, prout poterant tempore, quo obligationes, & actiones ſuper præmiſſis, quas ex nunc per earum qualitates, & ſpecies hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, exortæ quomodolibet extiterunt: ità quod per lapſum, aut decurſum præſcriptionum huiuſmodi, vel alicuius eorum, in nullo poſſit, vel debeat iuribus, & actionibus Abbatis, Conuentus, ac Monaſterij prædictorum quomolibet præiudiciũ generari, vel aliquid prætextu decurſus præſcriptionum earundem in iudicio, vel extra quomodocumq; obijci, vel opponi irritum, &c. Alterius verò (vbi poſt reſtitutos ab Vrbano V. Caſinenſi Eccleſiæ Abbates, Diœceſim Caſinenſẽ eo prorſus modo appellat, quo Epiſcopis eadẽ moderantibus, à Sũmis Pontificibus, alijſq; appellari conſueuerat) hæc in rẽ noſtrã. *Bonifatius Epiſcopus, &c. Dilecto filio Henrico Abbati Monaſterij Caſinen. &c. Perſonam tuam nobis, & Apoſtolicæ Sedi deuotam paterna beneuolentia proſequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna: hinc eſt, quòd nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te, &*

Idem Bonifatius in ſuo diplomate ad Henricũ Abbatem.

Mo-

Monaſterium tuum, ac Diœceſim Caſinenſem à datione, ſolutione, præſtatione, ac contributione cuiuſcumq; decimæ, aut alterius cuiuſcumq; impoſitionis per nos, ſeù quemcumq; Legatum, aut Officialem Sedis Apoſtolicæ, aut quemuis alium in dictis partibus ex quibuſuis cauſis, & qualitercũq; ſub quauis forma impoſita, & imponenda &c. auctoritate Apoſtolica tenore præſentium eximimus, et penitus liberamus, diſtrictiùs inhibentes Legatis, Nuntijs, et Officialibus prædictis, ac alijs perſonis quibuſcumq; ne contra exemptionem huiuſmodi, te quoquo modo impedire, aut moleſtare præſumat, ac decernentes irritos, & inanes omnes proceſſus, & ſententias, ſi quas contra te, Monaſterium, aut Diœceſim prædictam per prædictos Legatos, Nuncios, Officiales, aut quoſuis alios contra exemptionem noſtram huiuſmodi fieri contigerit, ſeù promulgari, &c. Quæcumq; Caſtra vicini Magnates occupauerant, Henrici ſtudio, & contentione, iterum redacta in poteſtatem Cœnobij. Fregellæ, & Sancti Magni Aedes apud Fundos (quæ Bonifacius Pontifex Ioanni Thomacello iure conſaguinitatis donauerat) Gregorij Duodecimi benignitate, ac ſubſidio ſunt receptæ. Cetrariũ in Calabria, & quidquid Ladislaus Rex infeſto milite inuaſerat, ipſiuſmet Regis iuſſu reſtitutum, additaq; ex vſu Cœnobij plura beneficia. Fractæ ab Honorato Comite Fundenſi denuò captæ, coacta militum manu denuò Caſinatibus vindicantur. Cæterùm fortuna Henrici rebus diù perbenignè velificata, demùm improbè, atq; impotentèr reflauit. Ladislaus Rex Henrici antea ſtudioſiſſimus, immutato de repentè animo, ipſum in Spoletanam Arcem ad vincula, & compedes relegauit quòd Romanæ Sedis, & Ioannis Papæ vigeſimitertij ratio-

In Spletanã Arcẽ Ladislai conijcitur.

rationes ardentiùs, quàm ipſe vellet, ac vehementiùs tueretur. Henricus glorioſa morte in vinculis obita, aduerſæ fortunæ procellis iactatus, citiùs, ſecuriùſq; ad immortalitatis portum peruenit. Exinde à Ladislao, quotidiè ſe ipſo deteriore, Oppida Monaſterij capta, militumq; præſidijs communita; Monachi, præter duodecim, reliqui omnes Caſino exacti. Domus procuratio, duriſſimo hoc tempore penès Priorem, & Suppriorem (quos vocant) ad triennium remanſit.

Ibidem Felicê vitæ exitum fortitur Ann. 1416.

Præfuit annis vndeuiginti, menſibus aliquot.

PYRRHVS.

ABBAS LXXXIII.

Ann. 1419.

PYrrhus Tomacellus, Henrici Abbatis nepos, ac ſucceſſorcor, ſtantis animi laude patruo nihilò inferio, contidem prorſus annos, quot ille, Caſinatibus præſedit. Sub initia regiminis Ioãnæ Reginæ permiſſu, Oppidis Cœnobio recuperatis (quæ Regio nomine attinebantur) iura, & annuos reddiտus amplificauit. Roccam Ianulæ (per ea tempora munitiſſimam) numerata Reginæ pecunia redemit. Eadem Ioanna, & Martinus V. Pontifex (qua erant in Pyrrhum animi propenſione) confirmatis Cœnobio veteribus Decretis, alijs præterea, tùm ipſum, tùm illius ſubditos dignati

gnati ſunt. Ex litteris, quas hic adnectimus, eluceſcet eiuſdem Pontificis illuſtre ſtudium tuendi, augēdiq; Caſinenſium iura, ac bona; Simulq; aduertere erit Pyrrhum fuiſſe Referendarium Apoſtolicum, qua dignitate ante ipſum pauci, aut fortaſſis nullus inter religioſos viros fuerat inſignitus. Sūt autem huiuſmodi. *Martinus Papa V. Dilecto filio Pyrro Abbati Monaſterij Caſinenſis, Romanæ* Eccleſiæ *immediatè ſubiecti, Referendario noſtro, &c. Intelleximus, quæ Dilectus filius Angelus de* Viterbio *nobis pro parte tuæ deuotionis expoſuit. Et quoad factum Prioratus S. Benedicti Sueſſani, quem* Gentili *Epiſcopo Sueſſano commendauimus, mentem noſtram declaramus, nunquam fuiſſe noſtræ intentionis, ipſi Epiſcopo de dicto Prioratu, vel alijs quibuſuis beneficijs, à tuo Monaſterio dependētibus prouidiſſe, aut prouidere velle quouis modo, ſed intendimus pro poſſe iura, & bona tui Monaſterij cōſeruare, & ēt augere; Et ſi quæ forſitan ſint diſtracta, ad ius priſtinū, & ꝓprietatē reducere Monaſterij prælibati. Scribimus igitur præfato Epiſcopo, qui in impetratione dicti Prioratus tacuit, quod à tuo Monaſterio dependeret, vt, ſi ita eſt, ſe de illo eiuſq; fructibus de cætero nullatenus intromittat, ſed tibi poſſeſſionem, & pacificam fructuum eius perceptionem reſtituat, prout eſt debitum rationi. Scribimus etiam Nobili Viro, Duci Sueſſano, vt circa recuperationem tàm dicti Prioratus, quàm aliorum Iurīu, & bonorū, & illorū fructuū perceptionē, efficaciter faueat, & aſſiſtat pro noſtra, & Apoſt. Sedis cōplacentia ſingulari. De alijs aūt ſtatū tui Monaſterij cōcernentibus, ſi nos informabis, curabimus ſalubriter prouidere. Dat. &c.*

Vt ex diplomate Martini V. ad Pyrrhum Abbatem.

Omnes Caſinatis ditionis Populi Pyrrho tributum pendere, fidelitatis Sacramento ex veteri inſtituto, ac for-

formula inſtaurato. Rebelles aliquot metu,ac vi illata, ad officium,& ſaniorem mentem reuocati. Rebus hunc in modum ex animi ſententia fluentibus, confeſtim exorto inter Alphonſum,& Ludouicũ Reges atroci bello, omnia in deterius relabuntur: Monachi Cœnobio pulſi, Caſtella per eam occaſionem, alia ab alio Regum Exercitu infeſſa. Pyrrhus ipſe Romam abductus cuſtodiæ mãcipatur. Sed breui in libertatem,& locum priſtinum reſtitutus,aliquot ex amiſſis locis labore, atq; induſtria recuperat. Domilicium Caſinas elegantibus ædificijs,frequenti ſodalium numero, & exquiſita diſciplinæ reformatione ad priſtinum ſplendorem reuocauit. In Germanenſes, ſi quis vnquam alius,beneficentiſſimum ſe præſtitit,eorum Vrbe mœnibus ſepta,confirmato Canonicorum Collegio, à Petro Tartaro inſtituto, eiq; certis prædijs,ac vectigalibus in ſingulos annos aſſignatis. Erecto etiam ſacrarum Virginum Cœnobio, quod Diuæ Scholaſticæ patrocinio,ac nomine cohoneſtatum, haud priùs quam anno MDLXX. deſijt à ſanctimonialibus habitari. Conſcripto milite Oppidanos S. Petri in fine (vt vocant)ab impotenti cuiuſdam dominatu, ac tyrannide vindicauit. Poſtremò clarus de Pyrrhi virtute, ac prudentia rumor,Eugenium Quartum perpulit, vt eius fidei Spoletanum Ducatum Committeret. Itaq; Abbas dùm ſuſceptæ Prouincię inuigilat,proditionis apud Põtificem inſimulatur (iure,an inuria incompertum) quaſi ditionem,cui præerat, ſibimet vſurpare, occultis artibus machinaretur. Ergo Eugenij iuſſu Romam in Adriani molem abductus,ibidem naturæ conceſſit. Vir planè digniſſimus, qui meliore fortuna,& mitiore vitæ exitu dona

Pyrrhus Romam in vincula abducitur.

Libertati, & dignitati priſtinæ reſtituitur.

naretur. Sede interim per annos octo vacante, Cœnobium Pontificis iuſſu Prior, ac Supprior moderantur.

Præfuit annis viginti. Vacauit Sedes annos octo.

ANTONIVS.

ABBAS LXXXIV.

ANtonius Caraffa Neapolitanus clariſſima è familia, & Vrbe, Abbas vltimo loco renuntiatur: Præfuit octo annos, ac triduum. Alfonſo Regi charus, & acceptus in paucis, haud ſanè exiguam bonorum partem recepit, quæ præterita bella, & militaris licentiæ rapacitas abſtulerant. Neque diù in eo laboratum, vt Alfonſus Cœnobij Oppida, poſſeſſiones, ac fortunas perampli decreti conceſſione validiùs muniret, firmaretq; Inſtituit, vt feſti dies SS. Martyris Bertharij, & Sancti Amici (Monachi itidem Caſinatis) anniuerſaria ſolemnitate, apud Caſinum celebrarentur. Demum Cœnobij rebus vtcunq; ſubleuatis, religioſæ diſciplinæ obſeruantia, vitæ quoque curſu caſtè, innocentèrq; traducto, memorabilis deceſſit. In ſupremo ſpiritu conſtitutus, conuerſa ad præſentem Monachorum coronam oratione, A meo (inquit) obitu per annos quinquaginta integros, Abbatem habebitis nullum. Antonij prædictio rei euentu perfectiſſimè comprobata; nàm ab eius ex

equijs

equijs Cœnobium Prælato ſeculari commendatum, tandiù Abbate caruit, donec Congregationem S. Iuſtinæ de Padua ſibimet, tanquam capiti copulauit: eo prorſus euoluto annorum ſpatio, quod Antonius ſub mortem vaticinando præfinierat.

Præfuit annos octo, ac triduum.

LVDOVICVS SCARAMPVS.

Commendatarius primus.

ABBAS LXXXV.

LVdouicus Scarampus Patauinus, Patriarcha Aquileienſis, & Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis, Alfonſi Regis ſtudio, & maximis, repetitiſq; precibus apud Nicolaum Quintum Pontificem, primus omnium numeratur, cuius tutelæ, ac patrocinio Caſinas ſodalitium committeretur. Is nihil curæ, & ſollicitudinis omiſit, quò commiſſam ſibi domum inſtaurare, atq; adeò exornare poſſet, & priſtinæ maieſtati reſtituere. Neq; religioſas cogitationes, & magnanimos Ludouici conatus, ſequentium quoque operum, magna quidem ex parte, per annos ferè vndecim, felix euentus non excepit. Anteacti temporis calamitas, tota Campania gliſcentibus bellis, Domicilum Caſinas miſera-

Ann. 1455.

ſerabiliter afflixerat prorſus, vt ſemirutis ædificijs, pulſiſq; habitatoribus ſqualeret domus, Cæleſtis vitæ ratio penè intermortua, erepta ab hoſtibus Oppida, deſertæ ab agricolis poſſeſſiones,acceptæ cladis magnitudinem apertiſſimè teſtarentur. Ludouicus igitur Alfonſi fauore, ac præſidio nixus, bona deperdita recuperauit. Monaſterium extructo dormitorio, Turri,ac Periſtylio, magnam partem reſtitutum, cõuocatiſq; per eum numero benè magno ſodalibus (ijs præſertim quos Ioannis Caraffæ acerbitas exegerat reuocatis)opportunitas exhibita ſanctiſſimam diſciplinam,quam accuratiſſimè excolendi. Eccleſiam Diuo Seuero olim Epiſcopo Caſinenſi antiquitus in huius Montis deſcenſu dicatam,ac terræmotu penè collapſam,reficiendam curauit, conceſſa omnibus eamdem piè viſitantibus, Apoſtolica auctoritate centum annorum indulgentia. Cœnobio S. Liberatoris, eiq; ſubiectis Oppidis, exturbato indè iniuſti nominis poſſeſſore,priſtina libertas eſt reddita. Ab exceſſu Alfõſi Regis quæcumq; loca Andegauenſes Caſinatibus vi,atq; armis ademerant, vti Cœnobio reſtituerentur,Pij Pontificis,& Ferdinandi Regis beneficio perfecit.Inſuper Põtificiæ Claſſis contra Turcas præfecturam,ab eodem Scarampo ſapiẽter adminiſtratam fuiſſe compertum habeo, ex antiquioribus Cœnobij monumentis. Illud etiam inſignè extitit Ludouici in Caſinates beneficium, quòd Calixtus Tertius Pontifex Abbatiam S. Matthæi Seruorum Dei appellatam, diæceſis Caſinenſis,Cardinali Scarampo gratificaturus Caſinenſi adiecit,vniuitq; honeſtiſſimi diplomatis,cuius partem hic ſubiungimus,atteſtatione. *Calixtus Epiſcopus &c. Dilecto filio Ludouico titulo S. Laurẽ-*

Calixtus III. in ſuo diplomate ad Ludouicũ Scarampum.

tij in Damaſo Presbytero Cardinali Camerario noſtro, & in partibus Orientalibus Apoſtolicæ Sedis Legato ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Impellit nos tuorum, quos pro Republica Chriſtiana plerumq; tùm maximè noſtris temporibus, quibus te claſſi maritima, quam contra Turcos pro tutela, & conſeruatione totius Populi Chriſtiani nõ ſine magnis ſumptibus, & expẽſis parare curauimus, hactenus ſubire nequaquam prætermiſiſti, aſſidua laborum meditatio, nec non Monaſterij Caſinenſis, quod ex diſpenſatione Apoſtolica in Commendam obtines, dignitatis, & amplitudinis frequens meditatio, vt ea, quæ per te in fauorem, & vtilitatem dicti Monaſterij piè geſta comperimus, Apoſtolicæ Sedis præſidio roboremus &c. Nos igitur attendentes, quod Monaſterium Caſinenſe, cuius Beatus Benedictus fuit inſtitutor, & cultor, vndè totius Religionis eiuſdem, & Monaſticæ legis manauit exordium, & in quo cõtinuò viget obſeruantia regularis, inter alia Orbis Monaſteria plurimum excellit, & perſona tua, qui iamdudum contra Turcum Claſſis noſtræ Legatus exiſtis grandia meritorum dona, quibus te illorum largitor Dominus inſigniuit, attenta meditatione penſãtes &c. Monaſterium in Chaira S. Matthæi Seruorum Dei nũcupatum quouis modo vacet, eiuſq; prouiſio ex quauis cauſa ad Sedem Apoſtolicam pertineat, eidem Monaſterio Caſinenſi, motu, ſcientia, & auctoritate præfatis perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus &c. Demum Ludouicus Romæ cum eſſet, mortem obijt menſe Maio. In D. Laurentij in Damaſo ſepultus.

Præfuit annos decem.

Pau-

PAVLVS SECVNDVS PONT. MAX.

ABBAS LXXXVI.

PAuli Secundi Pontificis ſtudium , atq; humanitas in Caſinatem Familiam, ab Ludouici obitu mirabiliter emicuit. Is cum ægrè admodum,ac dolenter ferret,vetuſtiſſimam totius Religionis, ac ſanctimoniæ ſedem, ad extraneos Præſides , ideòq; Monaſtici Inſtituti,aut rudes omninò , aut parum peritos deuolutam: Et iuſtis de cauſis(ne grauiora videlicet incommoda emergerent) Cœnobio prohiberetur optatam in præſens opem , ac libertatem impertiri ; ſtatuit prudenti conſilio, in fidem illud,ac tutelam ſibi ipſi vindicare. Quod honorificũ illi ſodalitio accidit,& fructuoſum maximè. Quamobrem ſuperiorũ aliquot Põtificum exemplo,nõ dedignatus Caſinatis Abbatis munus ſibi aſſumere,per homines ſpectatæ fidei , atq; induſtriæ Cœnobiũ gubernauit . Illud verò ante omnia ſpectauit, ac perfecit , vt laxiorem ſacrarum legum cuſtodiam,ad priſcæ obſeruationis ritum,ac morem adſtringeret. Tum ex perſcripta forma Monaſterium ædificari iam cœptum perfectiſſimè abſoluit; adiuncta etiam Aedium parte,ad hoſpites excipiẽdos,maximè capaci. Iura,& redditus recuperauit , auxitque . Syluam Regiam in Theatinenſi agro ſitam,Caſinatibus reſtituendam curauit . Ad hæc, multorum conceſſione beneficiorum, non minùs Caſi-

natis Cœnobij Patronum , ac Patrem peculiarem, quàm vniuerſalem totius Chriſtianæ Reipublicæ ſe præbuit,
Ann. 1471. Romæ defunctus in S. Petri tumulatur.

Præfuit annis ſex , menſibus duobus.

IOANNES ARAGONIVS COMMENDATARIVS II

ABBAS LXXXVII.

IOannes Ferdinando Aragonio Neapolis Rege ortus , defuncto Paulo II. Põtifice, à Sixto Papa Quarto, Ferdinandi rogatu Caſinatis Abbatiæ adminiſtrationem recepit; à quo etiam paulò poſt Cardinalatu inſignitus, aliquot retulit priuilegia Cœnobio mirum in modum opportuna, atq; honorifica; Nonnullis etiam ab ipſomet Ferdinando Patre, non minoris vtilitatis , ac dignitatis ipſi Abbatiæ affectus eſt. Honeſtiſſimam legationem eiuſdem Pontificis nutu , ad Regẽ Vngariæ, cũ regij ſplendoris, ac magnificentiæ apparatu obiuit . Templi Odeum ſedilibus opere vermiculato elaboratis inſtruxit, ijs ipſis , quæ tametſi æui diuturnitate multis in locis vitiata, operis tamen elegantiã, & nitorem hodieq; præſeferunt . Pretioſas veſtes ad Sacerdotum ſacris operantium vſus , & Templi ornatum, magno numero ex veſte attalica criſpante, regia prorſus magnificentia coemit. Extant adhuc parietinæ eius Pa-

latij,

latij, quod non longè à Sancto Germano extruendum curauerat, altitudine, ac laxitate inſigni. Ceperat illum cupido SS. Patriarchæ Benedicti, eiuſq; Sororis Scholaſticæ ſacra Pignora, ſi qua ratione poſſet, inueniēdi. Iuſſit igitur ſub Ara maxima fabros cæmentarios diligentèr quaqua verſus terram effodere, donec latitantem theſaurum aperirent; ſed crebris tonitruis, & frequenti tærremotu, imbriumq; profluentia perterriti, à perquirendo deſiſtere cogitabant. Verùm in ſuſcepto animi decreto nihilominus perdurante Cardinali, eumdem laborem, vel tertiò repetere compelluntur, fremente interim cōtinenter, ac minitante, horrendis fragoribus Cælo; donec quod erat in votis tandem aliquãdo detectum eſt. Auxit optatiſſimæ ſacrorum Pignorum inuentionis ſummam voluptatem, Chriſtallinus liquor, Sepulchrali lapidi porphyretico abũdè ſuperfuſus, nec tamen vlla ex parte exundans. Aragonio ſatisfuit, Sanctiſſimi Patriarchæ, eiuſq; Sororis pretioſas Exuuias reperiſſe, ac vidiſſe: loco moueri eaſdem, quà reuerentia tanti Patris, quà conſpecti liquoris religioſa admiratione, non eſt paſſus. Diuorum etiam Conſtantini, Simplicij, & Carolomani Regis, & Monachi, Sacri Cineres, qui eadem opera iuxta pedes SS. Benedicti, & Scholaſtiæ reperti fuerant, in ſacrarium tranſlati, ibidem ad annum inſequentem iacuere; ſed (vt ſunt Diuina Iudicia mortalibus incomperta) multæ, ingenteſq; calamitates ſubindè toto Regno conſequutæ ſunt, ac bellis præſertim ciuilibus, poſteà laboratum eſt. Quin Ioannes eodem anno Romæ, vi peſtilentiæ correptus occubuit, menſe Iunio. Reliquis etiam, qui aliquid operæ in illud opus contulerant, &(quod magis mirere) ipſiuſ-

Nihil non agit, vt DD. Benedicti, & Scholaſticæ corpora inueniat.

ipſiuſmet Neapolitani Regis filijs omnibus intra biennium extinctis. Demùm iuſſu D. Ioannis Antonij Caraffæ, filij Comitis Magdaluni, ac Viceregis Abbatiæ Caſinenſis, prædicta Diuorum Corpora ad pedes Sanctorum Benedicti, & Scholaſticæ, vbi prius reperta fuerant, referuntur; ipſo etiã Altari eum in locum, vndè per occaſionem effodiendi Sepulchri, remotum fuerat, reſtituto. Idq; eodem planè menſe, ac die, contigit, in quem biennio antè Sacrorum Pignorum inuentio, translatioq; inciderant; Diuino potius conſilio, quàm humana induſtria; cum iſtuc ipſum nemo, niſi re perfecta, tranſactaq; animaduerterit: vti ex publico documento Chriſtophori Peroni de S. Germano, Imperiali, & Abbatiali auctoritate tabelionis, inter cæteras Archiui Caſinenſis membranas annumerato, & in libellum de vera exiſtentia corporis S. P. Benedicti in S. Caſinenſi Baſilica indito, perſpicuum habetur, & exploratum.

Præfuit annis quatuordecim, menſe vno, diebus vndeuiginti. Vacauit Sedes annum integrum.

Ioan-

IOANNES MEDICEVS

Commendatarius IV.

ABBAS LXXXVIII.

IOannes Mediceus Cardinalis (cui deindè Pontificatum adepto Leonis X. nomen fuit) inter Caſinates Commendatarios poſtremo loco, ab Innocentio Octauo eligitur, annos natus non amplius duodecim; Adminiſtrationis tamen ſuſceptio in annum proximè ſequentem dilata. Multis ab eo beneficijs Caſinates ſunt aucti; Nam Cœnobium S. Liberatoris in Samnitibus neſcio cui commendatum, Caſinati (vndè diſiunctum fuerat) aggregauit. Oppida etiam nonnulla, quæ per ſupradictos Commendatarios, necdũ recuperari potuerãt, ipſius induſtria in poteſtatem deuenere: Nominantur inter hæc, Oppidum Collis Sancti Manni, & Sancti Petri de Auellana. Demum Iulij II. Pontificis voluntati, atq; arbitrio Caſinatem Abbatiam liberè dimiſit, reſeruata ſibi quatuor millium aureorum, annua penſione. Ann. 1504.

Præfuit annis ferè ſeptendecim.

AP-

APPENDIX

QVO PACTO CONGREGATIO Sanctæ Iuſtinæ de Padua, Sanctiſſimi Patris Benedicti ope, à Magno Conſaluo per quietem conſpecti, ad Cœnobium Caſinas ſit aggregata.

COnſaluus Magnus ***Ferdinandi Regis Hiſpaniæ*** *copiarum in* ***Italia Imperator,cum*** *intra Barulum incluſus à Gallis ſemeſtri iam obſidione acriter adeò permeretur, vt præ victus inopia quoduis herbarum genus, ac mures ipſi iam ceſſiſſent in eſcam, nec vlla comeatus, & ſuppetiarum ſpes in proximo affulgeret; tàm difficili tempore, ac loco ad preces, & vota conuertit ſeſe: Diui Benedicti ope, ac patrocinio,deploratis Hiſpanorum rebus,ſuppliciter implorato; nec fruſtrà: Nam in ſequenti nocte per quietem à ſuo tutelari Benedicto recreatus bono eſſe animo iubetur, hoſtem ſtatuto loco, atque hora laceſſere ad prælium,ex quo certam victoriam, ac triumphum eſſet relaturus;tantum recordaretur, vbi Campaniæ Regno potitus eſſet, ſuos Monachos in Caſinatis Cœnobij liberam poſſeſſionem aſſerere. Ex hoc nocturno viſo Dux, ac milites confirmati,erectiq; capeſſunt pugnam tanto animi ardore, atq; audacia,vt Gallis longè numero ſuperioribus,partim cæſis, partim in fugam coniectis, victoria breui ad Hiſapnos inclinauerit,qui temporis, & cæleſtis patrocinij beneficium occupan-*

cupãtes,inuadere hoſtium Caſtra, prædas agere,vicinis locis deinceps potiri,donec capta Neapoli (Principe Regni Vrbe) reliqua Oppida,& Vrbes ſponte ſua deditionem fecere. Re-*bus hunc in modum præter expectationem prodigioſè tranſactis, Conſaluus annuente Ferdinando Rege Campaniam omnẽ Proregis dignitate,atq; imperio moderabatur. Iamq; tàm inſignis victoriæ, quam D. Benedicti auxilio retulerat, optimè conſcius, ac memor,de voto perſoluendo religiosè cogitabat.Omnes igitur omniũ Cœnobitarũ Antiſtites, quotquot SS.Patriarchæ regulam Neapoli profitebantur, ad ſeſe accerſiri mandat,viſurus ſcilicet,cuinam Sodalitio domiciliũ Caſinas ex voti obligatione tribueret . Hos inter ſimul ac Vincentium Neapolitanum,id temporis ad Sancti Seuerini Abbatem aſpexit,cucullo laxioribus manicis, multipliciq; plicatura concinnato,atratum,ac grauẽ,intento in eum digito: Hic enimuerò (inquit) ille eſt,qui Caſinatem ſaltum cum ampliſſimo Cænobio retulerit,ex obiecta mihi ſpecie, D. Benedicti habitu quàm ſimillimus. Mox cum Ferdinando Rege, ac Iulio Papa Secundo ſumma ſollicitudine per litteras,ac Nuntios agere inſtitit , quoad Monaſterium Caſinas ad eam Congregationem adiungeretur,cui Sancti Seuerini ſodales antea copulatos fuiſſe compererat . Hæc autem ſodalitas ab inſigni apud Patauinos Cœnobio deducto ortu,ac nomine,Congregatio Sanctæ Iuſtinæ de Padua vulgò appellabatur ; exquiſito renaſcentis Monaſticæ diſciplinæ cultu, atq; obſeruantia,Cœnobiorum numero,atq;amplitudine, iũctiſq; inter ſe tum domicilijs,tum Monachorum animis,arctiſſimo religioſæ coniunctionis , ac pacis fœdere, latè per totam Italiam celeberrima. Huic igitur congregationi,ſeculi proximè præteriti anno quarto(agente in primis Ferdinan-*

do Rege) idem Iulius Papa Cœnobium Caſinas tanquam caput adiunxit, ſuoq; diplomate ſanciuit, vt de illius nomine deinceps Congregatio Caſinenſis appellaretur. Viſuntur etiã num Caſini Sacerdotales amictus ex veſte attalica criſpante, eadem qua Conſaluus Neapolim*, parta de Gallis victoria, ſpectabilis, triumphali maieſtate, ac pompa inuerat. Ex hac porrò ſerie, atq; euentu rerum, quiuis (opinor) facilè animaduertet, D. Benedicti numen quantopere Hiſpanorum Regum rationes, atq; amplitudinẽ promouerit. Scilicet prouiderat Neapolitanum Regnum haud longo poſt tempore, ad Auſtriacos Principes diffuſo per tot Prouincias, ac Regna dominatu, & Catholicorum Regum non titulo magis, quàm profeſſione, atq; actionibus glorioſiſſimis, deuolutum iri; Quorum in ditione futurum erat, vt plurima ſui Inſtituti Collegia (Caſinas præſertim) ſanctitate, atq; opibus florerent, gauderentq; opima pace, ac religioſo otio, piiſſimorum Principum munita patrocinio, liberalitate cumulata, decorata priuilegiis. Ac mihi quidem illud etiam hac in re ſpectaſſe videtur Sanctiſſimus Patriarcha, vt quemadmodum Frãcorum olim Regibus, per ſui Ordinis homines* Gallia *ſceptrum, ac diadema conciliauerat; ſic Hiſpanos Reges, bona Italiæ parte, longèq; pulcherrima donandos, haud diſsimili beneficio per ſe ipſe adiuuaret.*

AB-

ABBATES QVINQVENNALES SVB CONGREGATIONE CASINENSI.

EVSEBIVS.

ABBAS LXXXIX.

EVſebius Mutinenſis Cõgregationis S. Iuſtinæ Caput, ac Præſes, primus ex eadem ſodalitate Caſinenſis Abbas nominatus, cum religioſo centum Monachorum comitatu Caſinum adijt, Sacrum Cœnobium ex Sãctiſſimæ Regulæ præſcripto, & recens vſurpatæ conſuetudinis laudatiſſima formula moderarurus. Porrò Caſinates Euſebium aduentãtem obuiam effuſi, pleno hilaritatis vultu, ac libẽtiſſimis animis excipiunt, omnibus religioſi obſequij, ac reuerentiæ argumentis domum officioſiſſimè deducentes. Ipſa etiam exterior loci facies, & aſpectus ad inſolitam animi lætitiam, & gratulationem declarandam, non exquiſita tantùm munditie enitebat; ſed magnifico etiam, ac ſplendido apparatu, partim extemporaneo, & exemptili; partim ſtabili, ac manſuro in poſterum, ornabatur. Nàm veſtibulum in ipſo Cœnobij limine ampliſſimum, & ſatis per ſeſe ſpectabile, introeuntium oculos, menteſq; luculentiùs adhuc oblectabat elegãtibus picturis, vtrumq; latus, ac ſublimem fornicem, mira venuſtate veſtientibus.

Ann. 1505.

Euſebius Cõgregationis S. Iuſtinæ Prçſes centũ Monachis ſtipatus Caſinum adit, eã domum Abbatis munere moderatutus.

bus. Referebant hæ varia illuſtrium Heroum, euętuumq; argumenta, clariſſimi artificis expreſſa penicillo; quæ ſubiecta perbreui, ſed numeris adſtricta narratione, vates non ignobilis animauerat. Pauca, quæ damus in ſpecimē, ſufficerint. Euſebius, cæterorumq; cum eo aduentantium agmen D. Benedictum his ſalutantes verſibus precabantur.

VT modo, quæ longis fuerant deſtructa ruinis,
Ingredimur templi clauſtra ſacrata tui.
Sic Benedicte Pater, frueris quibus atria Cœli,
Da Monachis liceat ſcandere poſſe tuis.

Iulij II. Summi Pontificis effigies hanc ferebat Epigraphim.

VT domus hæc priſci culmen ſeruaret honoris,
Omnis, quæ fuerat Relligionis apex;
Iulius antiquo reparandam more ſecundus,
Perpetuo nobis munere reſtituit.

Sub imagine Ferdinandi Hiſpaniarum Regis hæc carmina legebantur.

BEthica cui tellus, cui Trinacris ora, latinæ
Cui ſubiecta plaga pars quoque magna fuit.
Ferdinande iubes priſcis ſacra Clauſtra Colonis,
Tempore quæ longo ſemiſepulta, dari.

Con-

Conſalui magni Iconem iſtud ornabat Elogium.

MAgna licet claris eſſet tua gloria in armis,
Maxime Dux: Maior relligione tamen.
Nam cum Sacrati deperdita Clauſtra Caſini
Aſpiceres, Monachis das renouanda ſuis.

At verò Caroli Manni Regna Religione permutātis admirabile facinus, ſubiectum tetraſticon indigitabat.

MIRA Dei pietas, terriſq; incognita virtus!
O Mons, qui tanto tollis honore caput.
Carolus hic Mannus Regnis, opibuſq; relictis,
Ingreditur Sancta Relligionis iter.

Viſebatur etiam in Cœnaculi veſtibulo eiuſdemmet Caroli effigies, ſublatam in collum ouiculam geſtantis, binis hiſce verſibus adiectis.

CArolus hic liquit Sceptra, hic diadema, cucullo
Hic tectus, poſito murice, paſcit oues.

Porrò Cœnaculum ingreſſis picta tabula pergrandis ſupra ianuam, eminenti loco appenſa ſpectandam ſe, cum huiuſmodi inſcriptione offerebat.

TErtullus Placidum, Benedicto interprete, Maurū
Dedicat Equitius, Lilia vt alba Deo.
Magna Senum pietas, puerorum gratia maior,
Qua, ſpretis capiunt faſcibus, arma Crucis.

Ex-

Excepti viciſſim ab Euſebio,eiuſq; Socijs Caſinates,nullum in eos humanitatis, nullum beneuolentiæ ſignum, omittentibus. Cæterùm ex hac non minus animorum, quàm inſtituti, ac nominis mutua inter ipſos communicatione,dici non poteſt, quanta vtriſq; oborta ſit integerrimæ voluptatis,ac lætitiæ affluentia; Cum Patauinæ Sodalitatis alumni,quo ipſi fruebantur, caſtiſſimæ diſciplinæ bono, cum omnibus illud Diui Benedicti Cœnobijs communicatum peroptarent. Euſebius igitur in ſuo munere obeundo, cùm alias virtutes multas,tùm verò in primis mirificũ ardorem religioſam diſciplinam inſtaurandi,& indefeſſi animi ſtudium præ ſe tulit.Hinc Sacræ Militiæ copias augere,legum, quas Caſinates profitebantur, inuiolatam obſeruationem exigere: viciſſim,quibus rebus illi indigerent,antequã peterẽtur,ipſe vltrò deferre,& abũdè omnibus elargiri. Neq; interim bonorũ Monaſterij,ac iurium procuratio,vel omiſſa,vel remiſsè, negligentèrq; pertractata: Multis à Iulio Secundo,multis à Ferdinando Rege Catholico impetratis Priuilegijs, res Caſinenſis ſtabilita. Cleri diſciplina(cui per annos multos vigentibus bellis, ſoluta militum conſuetudo, ac familiaritas non parum labis,ac ſordium aſperſerat) per vtilis Synodi celebratione repurgata. Demum Euſebius cum ſe Abbatem,ac Præſidem egregium præbuiſſet,Mu-
Ann.1507. tinæ in Patria exceſſit, ibiq; in S. Petri Cœnobio ſepultus eſt.

Præfuit biennium.

Za-

ZACHARIAS.

ABBAS LXXXX.

ZAcharias Patauini Cœnobij ſodalis,traditam ſibi à Patribus Caſinatem Præfecturam auſpicatus eſt eodem anno. Egregiæ virtutis opinione,ac merito, apud Ferdinandum Hiſpaniarum Regem cognomẽto Catholicum, apprimè gratioſus impetrauit, vt in Oppido Cetratij merum, mixtumq; imperiũ recentis decreti munere ſecuriùs retineret. Ab Iulio Secundo Pontifice diploma eſt conſecutus,cuius conceſſu bona Monaſterij, & fortunas iniuſtè poſſidentibus (quamuis extra Caſinarem Diœceſim morarentur) ritè poſſet communibus Chriſtianorum ſacris interdicere. Latifũdia,quæ in agro Salernitano,& Oppidi Mortulæ perampla,Cœnobio deperierant,adhibito ſtudio recuperauit. Ann.1510. Demùm ad alterius Monaſterij admiuiſtrationem digreſſus eſt.

Præſedit annos tres.

Gra-

GRATIANVS.

ABBAS LXXXXI.

GRatianus Abbas Mediolanenſis, in Mantuano Cœnobio educatus, Zachariæ regimen apud Caſinum excepit. Monaſterij ſubditos, renuentes decimas perſoluere, Ferdinandi Regis Catholici gratia, & auctoritate fretus, compulit ab antiquo ſuæ obligationis inſtituto non recedere. Caſtrum S. Petri de Auellana poſſidebat, Innocentij Summi Pontificis conceſſione, Iacobus Scalipnus eximiæ, ac ſplendidiſſimæ nobilitatis miles; quippe qui genus ſuũ indè vſq; à primis Normannorum Regibus, continenti ſerie arceſſens, cùm alios ſuæ ſtirpis ſanè plurimos, honeſtiſſimis, quibuſq; Regni Neapolitani muneribus, domi, foriſque egregiè perfunctos; tum verò quatuor inprimis ſupremos Regiæ Militiæ Præfectos, & Robertum, ac Henricũ numerabat, Rogerio Regi arctiſſima affinitate copulatos. Abbas igitur Iacobum pari dexteritate, ac prudentia adortus, perfecit, vt retentam à ſe aliquandiù Caſtri de Auellana poſſeſſionem, Monachis iure vetutiſſimo debitam, reſtitueret. Caſini demum generalis totius Congre-
Ann. 1511. grationis Præſes, mortali vita defungitur.

Præfuit annum cum dimidio.

Igna-

IGNATIVS PRIMVS.

ABBAS LXXXXII.

IGnatio Squarcialupo nedum claris apud Florentiam natalibus, ſed ingenij etiam præſtantia, & noſtri inſtituti exacta obſeruatione conſpicuo, poſt Gratiani exceſſum Caſini Præfectura obuenit. Is abſolutum legitimi religioſorum moderatoris, ac præſidis exẽplar ſe præbuit. Ferunt ſiquidem ad Monaſticæ diſciplinæ leges exactè adeò fuiſſe compoſitum: vt ob omni leuiore verbo, geſtu, inceſſu cùm longiſſimè abhorreret, totius corporis habitu antiquam maiorum noſtrorum grauitatem ſine fuco, ac ſimulatione præ ſe ferens, ab ipſis etiam Principibus viris comparauerit ſibi venerationem, nedum à ſuis ſubditis ſummo honore, atque obſeruantia coleretur. Sermone, & ſcripto, eloquentiæ, qua in primis excelluit, vim, ornatum, copiamq; expromebat. Vidimus orationem, quam Generalis Romana in Curia Procurator, Caſini habuit, quo primum die noſtræ Congregationis Patres, celeberrimi illius Monaſterij poſſeſſionem, auſpicatiſſimo ingreſſu adierunt: dignam profectò, quæ lucem publicam aſpiciat, ſeu potius quæ ſinatur ſua luce ſe aſpiciendã, laudãdamq; publicitus exhibere; Mirificus igitur religioſæ diſciplinæ cultor, ſtudioſiſſimè aduigilabat, ne quid

ad eam euertendam impunita ſubditorum licentia moliretur, vel Rectorũ oſcitantia, nimiumuè indulgẽtis animi facilitas permitteret; Neq; tamen potiori ſui numeris parti cum primas daret, ea interim minus tractabat accuratè, quibus Cœnobij rationes, & commoda retineri poſſent, vel augeſcere. Oppidum Peſcularum non longè ab Aeſernia; prædium quoque beneficiarum Sancti Stephani Tarracinenſe, aliaque bona; quorum iacturam Monaſterium fecerat, denuò Caſinati ditioni ſubiecit. Aedificiorum, quà magnificentia, quà multitudine domum, varijs locis antiquitate deformatam, non reſtaurauit modò, ſed multis etiam partibus amplificauit, ornauitque. Triginta gradus, quibus ad atrij veſtibulũ aſcenſus eſt, in inſignem longitudinem excurrentes, Periſtylium Aedi ſacræ obiacens, & Templi Sacella, quæ ad Aquilonem vergũt, inter eius opera numerãtur. Sacrarium item, quod etiamnum perdurat, amplum in primis, & capax, armarijs ad vtrũq; latus maculoſa è nuce ſcitè, elegantèrq; cælatis, ab eodem inſtructum fuit. Monachorum Cællulæ, quæ priùs compactis inter ſe tabulis conſtabant, lateritijs parietibus communitæ; lauacrum, & ciſterna ingenti ſodalium cõmoditate, atq; vſu extructa. Codices vaſtæ molis, ex quibus Patres in Odeo diuinas laudes, atq; hymnos concinunt, pulcherrimo charactere conſcribi voluit, miniatiſq; picturis vẽuſtiſſimè exornari. Cõſtituta neſcio quæ, Citrarij Oppidanis magno vſui futura euulgaturus, ab ipſo Ferdinando Rege approbari, firmariq; curauit; à quo pluribus etiam priuilegijs donatus eſt. Neq; pauciora, minoraue beneficia retulit à Leonis X. Pontificis humanita-

nitate;extinctionem præcipuè penſionis aureorum quater mille,quam Caſinates eidem Leoni quot annis adhuc pendere tenebantur. Elatos,arroganteſq; Germanēſium ſpiritus egregiè repreſſit, extorta ipſorum è manibus præda, quam ſacrum Monaſterium ſceleſtiſſimè depopulati;diuitem,ac numeroſam aſportabant. Gratiſſimus inſtauratæ apud Caſinum veteris obſeruantiæ longè, latèq; diffuſus odor,tàm multos allexit, permouitq; ad religioſam liberalitatem;vt cuiuſq; Ordinis hominum pia munificentia,in augendis,Caſinenſium fortunis, Ignatij induſtriam eximiam licet, ac ſingularem, longo interuallo exceſſerit. Caſino ter præfuit, ſui ſemper regi- Ann. 1516.
minis,ità decurſo curriculo,vt infixa in animis ſodalium eximiæ virtutis,ac prudentiæ relicta memoria, diſceſſerit. Demum per totam Congregationem Religionis,ac ſolertiæ fama, ingenijq; & multiplicis doctrinæ monumentis clariſſimus Florentiæ deceſſit.

Præfuit quinquennium,& aliquot menſes.

VINCENTIVS.

ABBAS LXXXXIII.

VIncentius Neapolitanus è diſciplina Sācti Seuerini, apud eamdem Vrbem, ſapientia, & rerum vſu apprimè clarus, quo tempore vniuerſæ præſidebat Congregationi, Caſinatis Cœnobij guberna-

culis admouetur . Hunc Conſaluus Magnus Neapolim ad ſe accerſitum , magno in honore habuit, egitq; cũ eo perſtudiosè ſuper aptioribus cõſilijs,ad priſcam ſanctitatem apud Caſinum, ſeriò reuocandam capeſſendis. Quamobrem Vincẽtius,& ſua ſpontè,& Conſalui Proregis hortatu incitatus, omnes ingenij, atq; induſtriæ neruos intendit, quò ſanctiſſimæ leges exactiſſimè cuſtodirentur à Monachis , & ſuperiorum temporum virtus, cæleſtiſq; illa vitæ ſpecies inter ſuos refloreſceret ; Nonnullam etiam curarum partem exornandæ domui impendens: Dormitoria cubicula, quibus extremam manum Ignatius imponere nequiuerat,ad faſtigiũ perduxit A Leone Decimo, propenſioris erga ſe animi Pontifice, aliquot priuilegijs donatus eſt. Monaſterium Capuanum,cui à Diuo Benedicto nomen, curauit, effecitq; vt ampliori Cænobitarum numero frequentaretur. Dedit inſuper operam,vt onerum immunitatem, qua S. Liberatoris, S.Petri de Auellana, Citrarijq; Oppida gaudebant , ſimulq; iuriſdictionem Criminalis fori, dum ſelemnis mercatus apud S. Germanum celebratur, Ferdinandus Rex nouo priuilegio firmaret. Quibus ingenti ſua cum laude,nec minore Cœnobij, ac religioſæ
Ann.1518. diſciplinæ emolumento peractis,ad S. Seuerini adminiſtrationem digreſſus eſt.

Præfuit biennium.

Theo-

THEOPHILVS.

ABBAS LXXXXIV.

THeophilus Mediolanenſis, præter communem totius Congregationis Præfecturam, quam gerebat, non potuit peculiarem etiam Caſinatis ſodalitij Magiſtratum non admittere. Hunc Leo Papa æquè, ac ſuperiores Abbates, inſigni beneuolentia complexus, priuilegium eius efflagitatu, Monaſterio conceſſit, quo ijs, qui decimas Caſinatibus pendere tenebantur, vel recuſantibus, vel plus æquo ſolutionem differentibus, dies ad Vicarium Caſinatem dici poſſet. Illud etiam perbenignè indulſit, vt Cœnobiũ ipſum Caſinas nullis in poſterum ſoluendis decimis, nulliſuè huiuſmodi alijs oneribus ſubeundis obnoxium eſſet. Theophili ſtudio Cœnobiũ nouis ædificijs amplificatũ fuit. Eccleſia S. Mariæ de Inſula Tropeæ reſtituta. Decretum à Leone Decimo impetrauit, ſiſtẽdi corã Abbatis Vicario, quicumq; Cœnobij Præpoſituris inſtructi, annuos eidem Cœnobio cenſus perſoluere detrectarent. Poſtremò relicta Caſinate Abbatia, Patauinæ præficitur. Ann. 1520.

Præfuit biennium.

IGnatius iterum Congregationis Præſes, iterùm Abbas Caſinenſis. Hac ſecunda vice annum cum dimidio Magiſtratum tenuit.

Ludo-

LVDOVICVCVS SECVNDVS

ABBAS LXXXV.

LVdouicus Mediolanenſis è nobiliſſima Triuultiorum familia , inter ſodales Sancti Petri Inglaſſiatæ educatus , Caſinenſis Abbas creatur . Is litem aduerſus Archiepiſcopum Theatinum, de ſpirituali iuriſdictione Oppidi Pharæ fęliciter tranſegit , cauſa per ideneos Iudices contra Archiepiſcopum Caſinatibus adiudicata . Mediolanum ad
Ann. 1522. Sancti Simpliciani gubernationē digreditur ann. 1522.

Adminiſtrauit annum integrum.

IVSTINVS

ABBAS LXXXXVI.

IVſtinus Hiſpanus ſuſcepta Patauij in Diuæ Iuſtinæ Cœnobio Religione , Caſinum breui rexit , ſed laudabiliter,ac fructuosè .

Sedit annis duobus.

Igna-

Digitized by Google

IGnatio Florentino totius Congregationis, &
Caſinatis Cœnobij nominatim ſupremus Ma-
giſtratus demandatur. Anno proximè inſe- Ann.1524.
cuto honoribus ſimul, ac vita Florentiæ de-
functus eſt.

CHRISOSTOMVS.

ABBAS LXXXXVII.

CHriſoſtomus Neapolitanus nobili Fami-
lia de Alexandris Ignatio ſublectus, Ann.1525.
Adminiſtrationem ſuam ab vniuerſali totius Caſinatis Diœceſis viſitatione auſpicatur: qua peracta Synodum habuit, corrigendis prauis moribus, quos inter viſitandum in Clero repererat, apprimè conſentaneam. Domus eo Rectore multis, ac nobilibus ædificijs enituit. Atrium perelegans Baſilicæ Caſinati præſtructum: medio Atrio Ciſterna in primis capax, & plurimi vſus, effoſſa, ornataque. Campanæ maiores duæ magna expenſa conflatæ. Templum, & Muſico Organo multiplici, aureiſq; ornamentis conſpiciẽdo, & tabula Andreæ Salernitani, egregij artificis manu depicta, ad Aram maximam nobilitatum. Sacrario, quod Ignatius ſubſtruxerat, Chriſoſtomi opera adiecti plutei ab vtroq; latere, quos hodieq; ibidem cõſpicimus. Conſtat etiam, eumdem ſacras veſtes pretioſas complures, vaſa ex argẽto non pauca, lituum item argẽ-

teum,ac mitram(Abbatis inſignia)exquiſita,admirabiliq; arte elaboranda curauiſſe. Et decreta(quæ Cœnobio vſui futura eſſent) à Clemente Septimo Pontifice,& Carolo V. Imperatore retuliſſe. Iura Monaſterij oppugnāte Regio Prætore S. Germani,acriter ipſe defendit, ac propugnauit; Eodem etiam animi robore, ac conſtantia, Berlengarij Cardonæ militis audaciam fregit, vindicato in poteſtatē Oppido S. Pitri de Auellana,quod ille iterum per vim,malaſq; artes vſurpauerat. Apud Neapolitanum Proregem cum gratia polleret,illud ab eo retulit beneficij, vt Caſinates Oppidum Sancti Eliæ,cum iiſdem immunitatibus, ac priuilegijs poſſiderent, quibus cæteri Dynaſtæ toto Regno ſubiecta ſibi loca moderabantur. Citrarij calamitoſam vicem miſeratus (quod Turcæ direptum incenderant) eius Oppidanis à Carolo V. impetrauit omnem cuiuſuis tributi, ac vectigalis immunitatem. Germanenſium arrogantes conatus,qui à Monachis inita defectione,Romam Epiſcopum petituri contenderant,ſapientia,& auctoritate compeſcuit, coegitq; ſaniora in poſterū meditari,ac præſtare. Cæterùm Chriſoſtomi regimen duo maximè admirabiles caſus memorandum reddidere. Carolus Lanoia Neapolitani Regni pro Carolo V. adminiſtrator,ex itinere Romam ſuſcepto Caſinum diuerterat. Per eam occaſionem de Cœnobij opulentia, & Oppidorum multitudine certior factus, ardenti cupiditate exarſit, Caſinatem Abbatiam, quantum ſtudio, atque opera conniti poſſet, vni ex ſuis liberis impetrandi. Romæ igitur re cum Pontifice, coràm,cum Cæſare per litteras,ac nuntios ſtrenuè,ac feliciter tranſacta,vnicum negotio conficiendo Pontificium

cium diploma expectabatur; Abbas interim cognitis Lanoiæ conſilijs, & conatibus, ad orationis præſidium (quando reliqua deerant ab hominibus omnia) ſuos vehementer hortatur, & ſuo exemplo compellit: Nec mora; fuſis ad Diui Benedicti Aram precibus, imploratoque in re propemodum deplorata eius patrocinio, atque ope, ecce tibi nuntij Roma perferuntur: Lanoiam ſubito peſtilentiæ morbo correptum interijſſe. Patres rei nouitate in ſummam admirationem adducti, grates amantiſſimo Parenti perſoluunt, quòd ſe, Cœnobium, fortunaſque omnes præſenti diſcrimine, tàm ſubito, tàmque admirabilitèr eripuiſſet: Pontificijs, litteris de Caſinati Abbatia Lanoiæ Proregis filio cõmendanda, nec dum exaratis. Hoc idem ab ſuo Tutelari, ac Parente auxilium Caſinates aliquantò poſt experti ſunt, multò adhuc grauiore periculo, quàm ſuperiùs fuerat, impendente. Filibertus Orangij Princeps direpta Vrbe Roma Neapolim contendens, è ſuis militibus aliquot Caſinum præmiſerat, qui Cœnobij clauibus potiti, ianuam, quoad ipſe cum vniuerſo exercitu ſuperueniret, valido præſidio cuſtodirent. Verùm eodem tempore hoſpes neſcio quis nemini cognitus, canicie, ac vultu venerabilis, Abbatem ad portam Monaſterij euocatum ſecretò admonuit, ab hoſtium, qui propè aberant, inſidijs, rapiniſque ſibi, ac ſodalitio celeriter præcaueret. Præſes, quæ de peregrino cognouerat, Monachorum cœtui trepidè reſeratis, ne Germanorum furori fratres, & opulentior Templi theſaurus obijcerentur, de Seniorum ſententia copiam omnibus fecit, quocumq; vel-

lent è munitioribus Cœnobij Caſtris, demigrandi: Sacræ Diuorum Reliquiæ, vaſaque argentea ſubterraneis locis, quantum fieri potuit, abditiſſimis recondita; ſodalium alij aliò, Abbas tribus dumtaxat ipſum comitantibus ad Caſtrum Rocchæ Vandræ cum pretioſiore ſupellectili ſe contulit: Reliqui omnes non pauci, hortatore, ac duce Vrbano Cremonenſi, Prioris (vt vocant) officium, ac partes per id tempus adminiſtrante, vt Sanctiſſimum Domicilium deſererent, ne propoſito quidem mortis periculo, adduci potuere. Primùm igitur præmiſſi milites, dein Orangius ipſe Caſinum cum veniſſent, occulta vi animos ipſorum intus adigente, in alios ſubitò immutati, tantum abſuit, vt cædibus, ac rapinis (quod timebatur) complerent omnia: vt depoſita penitus ferocia, nocendiq; cupiditate, Sacram Aedem piè venerati, domoq; diligentèr, ac modeſtè perluſtrata, receſſerint; non Monachis ſolùm, ſed ipſiſmet Germanis, ac Orangio in primis tàm repentinam, admirandamq; animorum metamorphoſim, tantam in opulentiſſimo Cœnobio ſui, ſuorumq; continentiam obſtupeſcentibus. Quin etiam in diſceſſu Princeps deducentibus ipſum officioſiſſimè Patribus, Vos, inquit, meliorem, quàm Roma Patronum habuiſtis, qui domicilium hoc, & incolas ijs cladibus, quæ Romam attriuere, adeò felicitèr exemerit. Tùm propoſita capitis pœna cautum voluit, ne milites toto Caſinati agro damni, ac moleſtiæ quidquam Cœnobij locis, locorumuè habitatoribus inferrent. Hunc in modum Diuus Benedictus vna, eademque opera, & ſuis, & hoſtibus beneficiũ impẽdit; dum Caſinates ab injuria tuetur, Germanos procul

arcet

arcet à ſcelere. At verò eumdem Vrbanum cum ſuperioris vitæ curſu religioſiſſimè traducto, tùm imperterriti animi fortitudine, qua ſeſe armatorum furori, ac gladijs, pro aris, ac focis ſacri domicilij opponere non dubitauerat, æterna memoria digniſſimũ; narrãt, cũ Abbas poſteà euaſiſſet, ætate iam confectum, Cœnobij Parmenſis Præſulem obijſſe, integris ſenſibus, & mente nòn modò ſana, atq; hilari, ſed ſui etiam deceſſus horam, ac penè momẽtum præſagiente, ac diuinante. Quippe cum grauiſſimè decumbenti de more adſtaret Monachum corona, iuſſit eos ad Veſpertinas horas, in Templum diſcedere; adijciens, ſe, dum illa verba *Magnificat anima mea Dominum*, præcinerentur in Choro, ab hac mortali, ad immortalem vitam tranſiturum: Neq; ſecus, atq; prædixerat, euenit. Chriſoſtomus exacto apud Caſinum ſui regiminis ſpatio, ad Parmenſe Cœnobium tranſmiſſus eſt. Ann. 1530.

Præfuit quinquennium.

AVGVSTINVS.

ABBAS LXXXXVIII.

AVguſtinus Patauinus de Bõfilijs ad Caſinatis ſodalitij regimen, cum virilis animi firmitate, & conſtantia, qualem ea tempora requirebant, acceſſit. Nunquam paſſus eſt toto ſuæ Præfecturæ triennio, de Cœnobij iuribus, ſpiritualiq; iuriſdi-

ctione violari quidquam, vel imminui. Mauſoleum Petri Medicei, qui perhonorifico militari munere inſignitus, pro Gallis contra Hiſpanos ardentèr, generoſèq; dimicans, in Gariliano flumine extinctus eſt; Clemente Septimo Pontifice efflagitante, impenſas ſuppeditante Monaſterio erexit, marmoreis ſignis, & colūnis, totiuſq; ædificij arte, ſumptu, ac magnificētia ſpectabile. Quippe præter cæteros ſumptus, haud quaquam exiguos, aureorum ter mille ſumma Antonio Solomeo, & Iuliano Sangallo Florentino, ea tempeſtate magni nominis ſculptoribus, numerata. Monachi hanc tumulo Epigraphim affixere.

Petro Medici Magni
Laurentij F. Leonis.
X. *Pont. Max. fratri*
Clementis VII. Patrueli
Qui cum Gallorum Caſtra
Sequeretur, ex aduerſo
Prælio ad Lyris
Oſtium naufragio
Perijt anno ætatis
XXXIII.

Ann. 1533. Deniq; Auguſtinus Patauium in Patriam, ad S. Iuſtinæ commigrat.

Præfuit triennium.

Chri-

CHriſoſtomus Neapolitanus denuò Caſini Procurationem quinquennium retinuit.

HIERONYMVS PRIMVS.

ABBAS LXXXXIX.

HIeronymus à Monte Rubeo Ligur, Sancti Hieronymi de Ceruaria Monachus, electus Caſinenſis Abbas breuem habuit Magiſtratum, Caſino Mã- Ann. 1539.
tuam diſceſſit.

Præfuit ferè annum.

IGNATIVS SECVNDVS.

ABBAS C.

IGnatius Patria Genuenſis Monaſticum Inſtitutum Patauij, ad S. Iuſtinæ profeſſus, Caſinatem Abbatiam poſt Hieronymum capeſſit. Cœnobio muris vndique firmiſſimis incluſo (ne qua ex parte repentinis hoſtium inſultibus, ac direptioni tàm facilè, vt antea pateret) breui ſui regiminis tẽpore,

Digitized by Google

re, haud mediocritèr Caſinatibus commodauit. Caſino
Ann.1542. Patauium digreditur.

Præſedit biennium.

HIERONYMVS SECVNDVS.

ABBAS CI.

HIeronymus Placentinus in SS. Felicis, & Fortunati prope Viceti Monaſticen profeſſus, egregia probitate, ac prudentia creditam ſuæ fidei Caſinatem domum inſigni Monaſticæ diſciplinæ bono, ſubditorum profectu, & rei familiaris acceſſione temperauit. Odeo, quod medium Baſilicæ occupabat, poſt Aram maximam retracto, ingentem fornicem ſuperimpoſuit, cum marmorea corona totum Odeum percurrēte. Tùm aræ ipſi magnificentiùs excultæ, ſingula ſacella ad vtrumq; latus excitauit. Sacrario etiam multum contulit ſplendoris, & opulentiæ, ſtrato vermiculatis emblematibus pauimento, multipliciq; ac pretioſa ſuppellectile comparata. Quoſdam Samnij populos in eas redegit anguſtias, vt decimarum ſolutione, quod aliquandiù pertinacitèr abnuerant, Monachis Caſinatibus obſequium, ac ſubiectionem palàm teſtari cogerentur. Oppidanos etiam Pedemontis, & Villæ, qui à Monaſterij obedientia defecerant, repreſſit, ſubiegitque. Demùm

Digitized by Google

mùm in Patria Placentini Cœnobij moderator,& totius Congregationis Præſes Generalis quartùm(quod longè pauciſſimis noſtrorum Abbatum à fundata Congregatione Caſinenſi acciderat) in vltima iam ſenectute exceſſit è vita,cùm ingenij,animiq; robore,tùm religione, & rebus præclarè geſtis,maiorum noſtræ ſodalitatis ſecundus nemini . Hieronymo Abbate Iſabella Caſtriota Mennenſium Comes, Sacrum Cœnobium pretioſis muneribus cumulauit , & Vido Feramoſcæ viro ſuo ſepulchrum excitauit marmoreis ſignis viſendum,hoc addito Tetraſtico. Ann.1546.

DVm facio infelix æterno funera fletu,
Creuerunt lacrimis hæc monumenta meis.
Queis niſi molliſſem triſtiſſima corda,rigerem
Ipſa etiam hic toto corpore facta ſilex.

Præfuit quinquennium.

HIERONYMVS TERTIVS.

ABBAS CII.

HIeronymo à Mantua ab ſui agnominis diſceſſu Caſinatis Sodalitij cura demandatur. Hic triclinium , quo Patres in inferiore aedium parte,deformi,ac peruetuſto vtebantur, cum Superioris Clauſtri planitie, exæquatum,venuſtis Sedili-

bus

bus adornauit. Re familiari prudenter adminiſtrata, redditus annuos opulentiores, quàm inuenerat, reliquit: Ca-
Ann.1549. ſino diſcedens totius Congregationis Præfectura tertiũ cohoneſtatur.

Præfuit triennium.

HIeronymus Placentinus iterum Caſinenſis Abbas, biennali adminiſtratione perfunctus, Placentiam
Ann.1551. diſceſſit, Diui Sixti Cœnobium, totamq; adeò Cõgregationem quartùm Præſidens moderaturus.

INNOCENTIVS.

ABBAS CIII.

INnocentius Nouarienſis S. Mariæ apud Florentiam alumnus (quem ferunt multarum artium inſigui peritia excelluiſſe) ad Caſinatis Abbatiæ moderationem tranſmiſſus eſt, quã
Ann.1554. per triennium laudabiliter exercuit.

Præfuit annos tres.

Hie-

Digitized by Google

HIERONYMVS TERTIVS.

ABBAS CIV.

Hieronymus Papienſis ex prænobili Calciniorum familia, Sancti Saluatoris Papiæ Sodalis, Caſinũ Ann.1555.
non amplius ſolido anno adminiſtrauit.

Præfuit annum.

ISIDORVS PRIMVS.

ABBAS CV.

ISIDORVS Placentinus è Cœnobio Sancti Sixti, Præſul Caſinas renuntiatus, acerrimum ſe præbuit iurium Monaſterij propugnatorem, ac vindicem: Ingentia quædam prædia in Lucanis, Ann.1556.
quibus iamdudum Monachi carebant, iterum in poteſtatem redegit.

Præfuit ne anno quidem integro.

IGNATIVS TERTIVS.

ABBAS CVI.

EXimiæ virtutis,ac ſapiẽtiæ fama Ignatium Neapolitanum de Vicanis, præter alias nóſtri Ordinis Præfecturas, ad Caſinatem Magiſtratum euexit. Neapolis Proregem, alioſq; Principes viros egregijs animi dotibus facilè ſibi deuinxit, quorum ſtudio, & gratia nixus plurimùm Cœnobij rebus commodauit, eo præſertim tempore, cum Germanenſium aliquot compeſcenda fuit audacia, ſpirituſque retundendi,ob initam contra Caſinates Monachos defectionem. Ex illis Archipresbyterum obſtinatè in contumacia perſiſtentem exauctorauit. Aduerſus Neapolitanum Fiſcum lite agitata, Iuris Portulaniæ, & Siclæ per totam Abbatiam confirmationem eſt conſequutus. Verùm Ignatius ipſe, quæ ad diuini cultus amplificationem, ſuorumq; pietatem incendendam conducere arbitrabatur, ſedulò procurans, ædem ſubterraneam egregia forma, nobilibusque ornamentis extruxit. Quò in loco Monachi ſacris carminibus Deo pſallunt, diſpoſitæ ſedes, eleganti artificio ſculptæ, atque elaboratę; Duo Sacella, vnum Placido noſtri Ordinis Prothomartyri glorioſiſſimo, Alterum Mauro eximiæ ſanctitatis Abbati, ad vtrumque latus dedicata. E regione Chori Altare ſtatuit, cui Arca ſuperimpoſita,

Digitized by Google

ex metallo fuſilis. Huic porrò Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti ſignum ex ære deauratum : opus magnæ impenſæ, miræque artis, ac venuſtatis. Cum tempus incidiſſet, quo Proregis iuſſu aurea vaſa, atque argenta omnium toto Regno Sacrarum Aedium, Neapolim comportabantur, vni Ignatio conceſſum fuit, vt Caſinatis Baſilicæ ſuppellex, ne quid ſubiret detrimenti, neuè ſuo loco moueretur. Sed nihil æquè ardentèr, ac ſtrenuè curauit Ignatius, quàm vt ſodales ſuſceptæ diſciplinæ, votiuæq; perfectionis munia, quàm diligentiſſimè obirent: nihil illi tam iucundum accidit, quàm Monachorum diligentiam, & conatus (quod optabat in primis) in virtute comparanda, quàm intenſiſſimos intueri. De- Ann. 1561.
mùm ad S. Seuerini procurationem capeſſendam, Neapolim euocatur.

Præfuit annos quinque.

ANGELVS QVARTVS.

ABBAS CVII.

ANgelus ab Oppido Sangri Familia de Faggis, adoleſcens adhuc D. Benedicti inſtitutum in Caſinati Aſceterio complexus, tali Ordine, ac loco digniſſimū ſe præbuit. Ardenti virtutis ſtudio, exacta diſciplinæ cuſtodia, & ingenuo quo-

dam morum candore priſcam maiorum noſtrorum ſanctitatem ſtrenuè æmulabatur,& feliciter referebat. Cæterùm ingenio perſpicaci, & ad artes ingenuas maximè accommodato, cum grauioribus diſciplinis egregiè imbutus eſt,tùm verò humaniora ſtudia,& politiorem literaturam inſigniter percalluit.Poetica facultate vſq;adeò pollebat: vt quidquid libuiſſet, facilè, atq; vbertim penè extẽporaneo carmine enunciaret. Opuſcula,quæ magno ſanè numero adſtricta numeris oratione edidit, teruntur paſſim eruditorũ manibus,Coloniæ Agrippinæ impreſſa; in quibus prædiuitẽ illã venã pangẽdi carminis,facilitatẽ, admirabileſq; à natura impetus apertiſſimè vbiq; dignoſcas. Plura etiam ad ſacras meditationes argumenta latino idiomate euulgauit, quæ religioſam eius mentem, & cæleſti flamma incenſum pectus facilè oſtenderint. Ad ingenium porrò, cum agendi quoque ſolertia,& dexteritas accederet, ſuperiorum iuſſu., Ordinis Præfecturas maturè admodum obire coactus eſt. Igitur ex Abbate S. Seuerini Neapolis, Caſinenſium Antiſtes creatus, nihil antiquiùs habuit,quàm vt ad Numinis venerationem, & cultum, ſimulq; communis inſtituti diſciplinam, quæ ſpectabant, à ſe ipſo primum, dein à ſubditis inuiolabili obſeruantia cuſtodirentur; ſolitus religioſæ vitæ exemplis,& paterni amoris aperta ſignificatione ſuos quocũq; vellet facili negotio traducere: aſſiduis ad Deum precibus lucem, ac vires ad rectam adminiſtrationem enixè efflagitans,interim de peruigili ſollicitudine, in demandata ſibi prouincia,remittebat nihil. Vultu, ac verbis admixtam grauitate affabilitatem ſpirans, Præfecturæ ſeueritatem condiebat, Præfecti commendabat maieſtatem;

Molta ſcripſit metro, & ſoluta oratione typis euulgata.

tem;ſuis ſemper carus,vilis nunquam. In rerum meditatione cæleſtium acquieſcebat maximè, diutiſſimè verſabatur;Odeum inter primos ingrediens, poſtremus, vel certè inter poſtremos egrediebatur. In accuratam Diuinæ paginæ,& Sanctorum Patrum Lectionem, quidquid à negotijs,ſuiq; muneris occupationibus ſupererat otij, totum conferebat.Itaq; temporis auariſſimus,& diligẽs, ac peruigil horarum diſtributor, cum omnibus perfecti moderatoris partibus ſatis cumulatiſſimè fecit, tùm otio etiam abundauit, tàm multis, quæ euulgauit operibus componendis. Priuati commodi,vel tenuem vmbram, ac nomen deteſtatus:in victu, cultuq; & alia quacumq; re vel minima, nihil admiſit, nihil ſibi attribui, apponiuè vnquam paſſus eſt, quòd ſingularitatem redoleret: eadem ſuppellectile, iiſdem veſtibus,ac cibis,quibus alij communiter vtebantur,omninò contentus;hoc ipſo laudabiliter ſingularis, quod præter vitæ Sanctimoniam, & magiſtratus dignitatem, nihil in communi vita præſeferret ſingulare. Qua ex animi virtute,ac modeſtia non illud conſequebatur modò, vt ſubditis maximæ admirationi eſſet,ac venerationi; ſed etiam, vt Cœnobiorum, quæ curabat,Miniſtri,& rei familiaris diſpenſatores,perſpecta ſui Præſidis voluntate,omnia omnibus expeditè, abundanterq; neceſſaria ſuppeditarent,reſectiſq; in ſuos peculiares vſus ſuperuacaneis impenſis, communis vitæ normam,omnes ad vnum ſectari cogerentur: Ceſſante interim in clauſtris querelarum, & obloquutionum, quas parcior, vel minùs commoda rerum neceſſariarum diſpenſatio,in Religioſis Sodalitijs frequẽtiſſimè gignit, importuna ſuſurratione.Aedificijs etiam per alios Abba-

tes

tes inchoatis vltimam ipſe impoſuit manum. Nouas deindè ſubſtructiones moliri aggreſſus, Cœnobium tàm multis partibus amplificauit;vt illud veriùs nouum condidiſſe dici poſſit, quàm vel laxiùs reddidiſſe, vel ornatius.Dormitorio,& aliæ adiectæ cellulæ,& quà orientem ſolem admittit,firmiſſimus murus obiectus.Pro lateritio tecto deformi,ac præ vetuſtate ſemiruto, ſubſtituta contignatio eſt,varietate operis,& artificij elegantia ſpectabilis. Reliquæ omnes officinæ,deturbatis veteribus recentèr conſtructæ. Atq; hęc quidem in infima Cœnobij parte; in media autem Clauſtri, dormitorio adiacentis, ſtructura longè meliòr,ac venuſtiòr reſtituta.Porrò Templi ſacella,quæ Peryſtilio adhærent,Xyſtus,Bibliotheca, Triclinium,Aula pergrandis,vbi per hyemem Patres ad ignem conſiderent, reliquis ædificijs per Angelum Abbatem adiuncta ſunt.Cœnobij verò iura,& immunitates, Eccleſiæq; libertatem conſtanti, indefeſſoq; robore tutatus eſt. Merum, ac mixtum imperium in Oppido Serræ Monaceſchæ,recuperauit.Spiritualem iuriſdictionem in Caſtro Peſculi Conſtantij,contra Sulmonenſem Epiſcopum,ſtrenuè propugnans retinuit. Ad amplificationem Diuini cultus,Præpoſitura S. Mariæ de Luco peculiari Abbati,& quinque Canonicis aſſignata.Inter Monachos,& Germanenſes, qui denuò rebellauerant, validiòr in poſterùm firmata pax.Trina adminiſtratione Caſinum rexit annis vndecim. Alia item primæ notæ Monaſteria plures annos,totamq; adeò Congregationem Præſidis Generalis honore, atq; officio pluries temperauit,eodem ſemper prudentiæ,& ſanctitatis tenore,ac forma,communi bono, & priuato cuiuſq; profectui intẽtus ſemper

Monaſterij iura,& iuriſditionẽ acerrimè tutatur, ac retinet.

Hac vice ſuã adminiſtrationẽ abſoluit. Ann.1564.

ſemper, ac ſalutaris; vt alij tàm multi eadem,qua Angelus, aut multò etiam leuiore curarum mole preſſi, ad ea quæ ille præſtitit peragẽda, non tàm ipſis tempus,quàm ipſos tempori deeſſe,fateri compellantur. Cùmq; Angelum æquè moribus,ac nomine ſe præberet, ſtuderetq; ex Regulæ monitu amari magis, quàm timeri, ſummam omnium venerationem ſimul,ac beneuolentiam adeptus eſt. Vulgò priſcæ virtutis, & ſanctitatis exemplar,& germanus Caſinatis ſodalitij alumnus prædicabatur. Quinimò viget etiamnum Angeli nomen recenti memoria, perindè,ac nouiſſimè demortui, eſtq; præcipuò in honore,& cultu apud omnes, tùm propter vitæ totius periodum religioſiſſimè traductam, & egregia in noſtram Rempublicam promerita, tùm quia non deſunt, qui referant eius cadauer, anno octauo, poſtquam terræ mandatum fuerat, integrum, illæſumq; ſe vidiſſe in Sepulchro. Aetate iàm prouectiòr ſpontè in ordinem ſe redegit, quò exactiùs cæleſti gloriæ,atq; æternitati ſe compararet:ad quam cum diſceſſiſſet,annos natus tres, ac nonaginta,Caſini quietem,ac ſepulchrum eſt nactus.

Præfuit quinquennium.

IGnatius Neapolitanus ſecundò electus, annum dumtaxat adminiſtrauit. Ann.1565.

ANgelus Sangrinus Ignatio ſuccedens, iterùm præfuit annis tribus. Ann.1569.

Ber-

BERNARDVS QVARTVS.

ABBAS CVIII.

BErnardus Auerſanus è familia de Adamo, præter inſignem vitæ,ac morum innocentiam,diuinis litteris apprimè expolitus,ab Angeli diſceſſu Caſinum adminiſtrat.Eius cura,& ſollicitudine, Territoriũ,quod Iunctura dicitur, reliquis Monaſterij poſſeſſionibus adiunctum eſt. Pij Quinti,optimi Pontificis iuſſu (cui haud vulgaris prudentiæ, ac probitatis nomine commendatus erat, in paucis) Collegium Virginum S. Ioannis apud Capuam ſolutius, arctioris diſciplinæ obſeruãtia, communitum, ad meliorem frugem
Ann.1568. reuocauit.

Præſedit triennium.

MATTHIAS.

ABBAS CIX.

MAtthiæ de Lignaſco Cœnobij Mantuani conuictori,egregiè pio , ac ſolerti Caſinas Magiſtratus primùm,deindè totius Congregationis Procuratio,triennio poſt demandatur ; Vtroq; in munere magnam

magnam religionis, iudicij, atq; induſtriæ laudem eſt aſſequutus. Caſino Mantuam demigrauit. Ann. 1571.

Præfuit annis tribus.

ANgelus Sangrinus tertiò ſublectus tandiù præfuit, quandiù Matthias. Ann. 1574.

HIERONYMVS QVARTVS.

ABBAS CX.

HIeronymum de Coſētia ex nobili Serſalium genere, hominem impigrum, & Monaſtici Inſtituti ſtudioſum cultorem, Patres Caſinatibus Præfectum deſignarunt. Hic tota Diœceſi diligenter perluſtrata, Synodum habuit apprimè vtilem remouendis prauis erroribus, qui Cleri mores, ac diſciplinam infecerant, & melioribus inſtitutis, quæ ipſemet præſcripſit, in vſum, & praxim inducendis. Caſino Parmam digreſſus, in Cœnobio Diui Ioannis Euangeliſtæ, non ità multo poſt exceſſit è viuis. Ann. 1577.

Sedit biennium.

Digitized by Google

BERNARDVS QVINTVS.

ABBAS CXI.

BErnardum Neapolitanum è S. Seuerini Sodalibus Caſinates Rectorem admiſere. Is ſuperiorum Abbatum præſtantiſſimos æmulatus, egregiè ſui muneris partes eſt exequutus. Quò ſpiritualis iuriſdictio fieret in poſterùm ſtabilior, prius omnium inſtituit, vt Vicarius Generalis è Monachorum Collegio deligeretur. Regio Capitaneo (vt vocant) ius criminale ſibi vſurpanti, ſolemnibus nundinis apud S. Germanum adeò reſtitit, vt lite Neapoli agitata, ſententiam à Iudicibus pro Cœnobio retulerit. Clericos Oppidi Pedemontis Monachorum iniuſſu molendina excitare aggreſſos, Romano decreto munitus ab incœpto deterruit. Author etiam Patribus fuit, vt æquo animo pateretur Diui Franciſci ſodales (quos Capucinos vocitamus) Cœnobium ſibi, & Aedem ſacram ad extremum Caſini montem conſtruere. Duobus molendinis apud S. Germanum ædificatis, Ciuium ſimul commoditati, & Cœnobij rationibus proſpexit. Ingentem Ciſternam in inferiori Clauſtro, quã Angelus Sangrinus anteà inchoauerat, perfecit ipſe, & abſoluit. Demùm ad alterius Monaſterij administrationem Caſino digreditur.
Ann. 1590.

Præfuit triennium.

De-

DESIDERIVS SECVNDVS.

ABBAS CXII.

DESIDERIVS Brixienſis Caſinates (inter quos religioſam profeſſionem emiſerat) regendos ſuſcepit. Is affecta valetudine, vel ſenio laborantibus Monachis, ex grauiſſima noſtrarum legum ſanctione conſulturus, opportunam domum ad Sanctæ Mariæ de Albaneta ; molendinum verò in Territorio Sanctæ Eliæ magno incolarum vſu, & commòdo extruendum curauit. Porrò autem vt confluentes vndique ad religioſiſſimum Cœnobium cuiuſuis ſtatus, atque ordinis quotidiè Hoſpites commodiùs exciperentur, placuit Aedium partem cum ſuo triclinio, à Monachorum habitatione ſeiunctam exædificari : Bibliothecam ſimul, & Exedram multò quàm antea, reddidit ornatiores. Turrim Campanariam excitauit à fundamentis. Templi, ac Sacrarij ſuppellectilem pretioſam ſanè, copioſamq; mercatus eſt. Quoniam verò Aquini Antiſtes contra ius, ac priſcum morem, id ſibi arrogauerat, vt Clericis Caſinatis Diæceſis dimiſſorias litteras (quas appellant) conferret, Deſiderius pro tuenda Cœnobij iuriſdictione, rem in Romana Curia vrgere non deſtitit, donec Sixti V. Pontificis diplomate, Epiſcopus Aquinas compulſus eſt ab hac moleſtia inferenda deſiſtere, eiuſmodi litterarum collatione, quæ

Infirmorum cura ante omnia, & ſuper omnia adhibenda eſt. cap. 36. Reg. D. Bened.

antiquo iure ad Caſinates ſpectabat, eidē Abbati, eiuſq; Generali Vicario confirmata. Ad aliud poſtea Cœno-
Ann. 1585. bium commigrat.

Præfuit quinquennium.

Ann. 1587. BErnardus Neapolitanus ſecundùm Abbas præfuit biennium.

AEGIDIVS.

ABBAS CXIII.

AEgidius à Mathelica Monachus S. Angeli de Monte Caueoſo, Bernardi ſucceſſor, Caſinatem Præfecturam tenuit. In perficiendis Monaſterij ædificijs, quæ inchoata iam ab alijs, atq; imperfecta inuenerat, ſtrenuum ſe, ac diligentem præſtitit. Quo tempore ſacrum ſodalitium curabat, ad vniuerſale totius Congregationis regimen euectus eſt. Ad
Ann. 1589. extremum Caſino digrediens, Sancti Angeli Cœnobio præficitur.

Biennium adminiſtrauit.

An-

ANDREAS.

ABBAS CXIV.

ANdreas Sueſſanus Monachus Caſinas Aegidio in Abbatem ſubleƈtus, à Sixto V. omnium priuilegiorum confirmatione donatur,quæ ad ſpiritualem iuriſdiƈtionem in tota Caſinate Diœceſi ſpeƈtabant.Paratis iam,quæ ad perficiendam ædificationem,inſtaurandumq; Cœnobium opus erant,dum ad Comitia Generalia proficiſcitur,morbo in itinere correptus, Mutinæ extremum obijt diem, cum nõ amplius anno integro apud Caſinum prçfuiſſet. Vſus eſt perpetuò valetudine imbecilli,atq; infirma: ſed ingenio peracri,ac viuido,rerumq; vſu,ac peritia inſigni præditus, quantam concitauerat ſui expeƈtationem viuens, tantundem reliquit mœſtitiæ, ac doloris ab obitu. Ann.1590.

Præfuit annum.

HIERONYMVS QVINTVS.

ABBAS CXV.

HIeronymus Peruſinus ad Caſinatis Cœnobij gubernacula tranſmittitur,proximè ab Andreæ exceſſu. Re-

Digitized by Google

Religioſæ diſciplinæ ſeruantiſſimus, religioſiſſimam domum integro quinquennio moderatus eſt; vt eius ſummam probitatem accurata legum cuſtodia, moreſque ſodalium ad virtutem compoſiti; prudentiam verò ſingularem, res familiaris non parum aucta, ædificiorum numerus, ac magnificentia abundè comprobauerint. Cœnobio (quàm longè, latèq; patet) ingentem muri ambitum circumdedit, quo eodem ambitu montis etiam partem incluſit, prudenti admodum, ac ſalutari conſilio, latrocinia, & repentinos prædonum incurſus à ſacro Monaſterio excludendi, nimis alioquin obuio, patentiq; (maximè per noctem) graſſatorum improbitati, ac direptionibus. Peryſtilium maius, (Caſinates Paradiſum vocant) & Ciſternã ad fores Monaſterij, plura etiam cubicula, tum hoſpitibus admittendis, tùm curandæ infirmorum valetudini, aliaſq; Officinas magno, inſigniq; ſumptu extruxit. Ad hæc viarum aſperitas, quibus à Monaſterio ad S. Germanum, & Plumbariolam iter eſt, vel ſublata omnino, vel notabilem in modum complanata. Curarum etiam, & impenſæ magna pars ad Baſilicæ cultum deriuata. Hinc duo ingentia candelabrorum paria, cum pluribus vaſis ex argento, ad Aræ maximæ vſum, ornatumq; deſtinata. Mitra inſuper opere, ac pretio nobilis: ſericæ veſtes magno numero ſacram ſuppellectilem adauxere: Seminarium ad iuuentutem Clericali diſciplina imbuendam, ex Tridentini Concilij præſcripto, apud S. Germanum inſtituit. Ius appellationis in Oppido Citrarij contra Regium Fiſcum adeptus eſt. Iteratis ſententijs, per Neapolitanos Iudices pronunciatis, Germanenſium proteruiam edomuit. Ad vltimum de

Caſi-

Caſinati ſodalitio inſignitèr promeritus, ad aliud augendum,ornandumq; de ſuorum Præſidum voluntate,ac nutu diſceſſit.Per hęc tempora floruit inter Caſinates Gregorius Sayrus natione Anglus, non modò religioſiſſima ſacri Inſtituti obſeruatione, vitæq; innocentia admirabili,ſed etiam optimarum artium ſtudijs; præſertim Sacrorum Canonum, & moralis Theologiæ excellenti cognitione,ac peritia inſignis. Verùm datis in lucem præclariſſimis voluminibus, multò ipſe notior eſt, ac celebrior,quàm vt mearum laudum teſtimonio, ac prædicatione indigeat.

Ann. 1595.

Gregorius Sayrus,Caſinenſis Collegij alumnus.

Præfuit quinquennium.

BASILIVS SECVNDVS.

ABBAS CXVI.

BAſilius Brixienſis Parmæ, in S. Ioannis Euangeliſtæ Cœnobio educatus, inito Caſinate Magiſtratu, præſedit annum,ac menſes quatuor. Baſilicam S. Liberatoris de Maiella,prius à ſe ipſo concameratam,quibus in præſentem diem nitet ornamentis,decorauit.Apud Caſinum naturæ conceſſit.

Ann. 1597.

Præfuit annum, & menſes quatuor.

VI-

VICTORINVS.

ABBAS CXVII.

VIctorinus Manſus Auerſanus, in Cauenſi Sanctiſſimæ Trinitatis ſodalitio Religioni adſcriptus, ad Caſinatis Monaſterij regimen euectus eſt. Seminariũ in S. Germano abſoluit, quod Hieronymus à ſe inceptum temporis breuitate ad culmen perducere nequiuerat. Cauit diligenter ne iura Monaſterij (ſe quidem Moderatore, ac Præfecto) vlla omninò ratione violarentur. Sed inſigni Caſinatum incommodo, & iactura euenit, vt Victorinus vix dũ apud ipſos annum, ac menſes quatuor moratus, Neapolim, ad S. Seuerini deſtinaretur à Patribus: Nec enim dubium erat, ſi longiorem moram eodem in loco traxiſſet, quin pro ſua prudentia, multa fuiſſet ad eius ſplendorem, rationeſq; inſigniter amplificandas perfecturus. Demùm rectis per multos annos integrè, ac ſapientèr nobilioribus Cœnobijs, adminiſtratiſq; præcipuis ſuæ Congregationis muneribus, à Clemente Octauo (acerrimi iudicij, ac prudentiæ Papa) Epiſcopus Stabienſis creatus eſt. Ferunt Pontificem (quo præſente Victorinus examen ad Epiſcopatum ſubijt) prudentibus viri reſponſis, & reconditiore doctrina vſq; adeò captum fuiſſe, vt eò impenſiùs laudato aſſeruerit, Cathedræ quidem à ſe ſatis conſultum eſſe, Antiſtiti verò non item. Hinc facilè fuit eidem Clementi aliquot poſt annos pinguiorem Epiſcopatum (Arianẽſem vide-

Ann. 1598.

Creatur Epiſcopus à Clemente VIII.

Digitized by Google

videlicet)eidem Victorino conferre. At Paulus V. nihilò minoris iudicij, ac ſapientiæ Pontifex, perſpectis Victorini dotibus, multiplici præſertim litteratura, moribuſq; religioſiſſimis, eum inter aſſiſtentes Epiſcopos honorificè cooptauit. Vixit in Epiſcopatu annos quatuordecim ſumma cum laude integritatis, ac prudentiæ, & eorum, quibus præerat, magna cum vtilitate, & commodo. Sunt in manibus, quæ ſcripſit litteratorum iudicio, & confeſſione, plena doctrinæ, plena eruditionis, & ingenij volumina: Sepultus eſt Neapoli, in Sãcto Seuerino, ad ingreſſum chori. Inter Aſſeſſores Epiſcopos à Paulo V. adſcribitur.

Præfuit annum, & menſes quatuor.

ZACHARIAS SECVNDVS.

ABBAS CXVIII.

ZAcharias Mutinenſis eadem in Vrbe, apud S. Petrũ Monachus, vacantem, Victorini diſceſſu, Caſinatẽ Præfecturam admiſit. Communis diſciplinæ ſtudioſiſſimus propugnator, & minima quæq; errata in ſacras leges, & firmatas vſu, temporiſq; diuturnitate conſuetudines aduertere ſolitus in ſubditis, & punire; cum diceret, maiora, grauioraq; euitare cupienti, à paruis etiã, ac leuioribus culpis accuratè declinandum. Præſes Congregationis, & Cœnobij Parmenſis electus Abbas, Caſino digreditur. Ann. 1599.

Præfuit annum dumtaxat.

KK Am-

AMBROSIVS.

ABBAS CXIX.

AMbroſius à Puppio, Cœnobij Sanctarum Floræ, ac Lucillæ apud Aretium alumnus, Zachariæ ſuccedens officij ſui partes ſumma cum laude eſt exequutus,per tres annos cum dimidio.Germanēſes ad genium reuerſos,hoc eſt,abiecta Monachorum reuerentia, atq; obſequio tumultuantes, ſuperiorum more Abbatum,conſtantèr repreſſit.Ad Sacrarij, ac Baſilicæ ornamenta, alia inſuper addidit ſpecie, ac pretio eximia.Poſt peractam ſuæ Diœceſis viſitationem, celebrandæ Synodo diligentem operam nauauit; qua
Ann.1602. perfecta,ad S. Seuerini electus Abbas,Neapolim ſe confert.

Præfuit triennium,& ſex menſes.

DESIDERIVS TERTIVS.

ABBAS CXX.

DEſiderius à Mõte Regali Caſinates (inter quos religioſum ſpiritũ combiberat)regendos ſuſcepit;perdurauit in ſacri ſodalitij rectione bienniũ: quo tempore

ab

ab Ambroſij conſtantia non recedens, elatos Germanenſium ſpiritus, & ad rebellionem inclinantes maturè depreſſit. Poſtremò Venetias profectus eſt, Sancti Nicolai de Litore Abbatiam moderaturus. Ann. 1561.

Præſedit biennium.

GREGORIVS.

ABBAS CXXI.

GRegorius à Caſtro Aretino, Cœnobij Aretini ſodalis; Caſinum tres annos, ac menſes temperauit. Ad Caſtrum S. Georgij molam frumentariam conſtituit, proximi lacuſculi opportunitate inuitatus; ingenti ſanè labore, atq; impenſa: quippe cum oblongus, latuſq; alueus deducendæ ab ipſo lacu ad molam haud parum diſtantem aquæ, effodiendus fuerit; ſed annuo fructu, quem indè Caſinates colligunt, ratam inſumpti cenſus, facilè ſuperante. Totius Congregationis Præſes exceſſit è viuis. Ann. 1608.

Præfuit triennium, ac menſes ſeptem.

PAVLVS.

ABBA CXXII.

Caſinatis Præfecturæ Magiſtratu ſe abdicauit.

PAulus à Coſentia Monachum apud Caſinates profeſſus, ſumma pietate, religioſiq; inſtituti ſtudio, atq; obſeruantia excelluit. Hic ad Caſinatis Abbatiæ regimen inuito animo euectus, cum annum vix integrum rexiſſet, parendi, quàm imperandi cupidior, curaſq; ac pericula Rectorum exhorreſcens, ad priuatæ vitæ quietem, ac portum ſua ſe ſpontè ſubduxit; Quam animi deliberationem non niſi ab egregia, ſtabiliq; virtute deriuari potuiſſe, norunt omnes, qui vim, atq; illecebram imperandi norunt, præſertim in ampla domo, totiuſq; ſodalitatis longè honeſtiſſima, &(quod magis mirandum) dum vires, atq; ætas vigerent, & apud ſuos Magiſtratu fungeretur, charus omnibus maximè, & acceptus. Verùm ſingularis animi moderatio, & æquitas ſub abdicatam Præfecturam omnium confeſſione, clariſſimè eluxit in Paulo. Varijs ſiquidem morborum generibus, iiſdemq; acutiſſimis correptus, nunquam tamen vel acerbitate ęgritudinis, vel diuturnitate fractus, deduci ſe paſſus eſt ab religioſi pectoris priſtina moderatione, ac conſtantia. Itaq; ſuo affixus lectulo, inter grauiſſimos cruciatus(præſertim podagræ, & chiragræ, & ſquamarum in oculis) adeuntes ad ſe ſolabatur ipſe, & exhilarabat, tranquilla mēte, placido vultu, mitiſſimis verbis, & mor-

borum

borum patientia admirabili:quoad tandem multis annis, ad maiorem ſui probationem,& meritorum incrementa, ſimulq; ad acuendam Conuictorum virtutem, tantæ virtutis exemplo traductis, ad prçmium, & coronam (vt ſpes eſt)euolauit in Cælum. Ann.1609.

Præfuit annum.

HONORATVS.

ABBAS CXXIII.

HONORATVS Panormitanus, in Sancti Martini Cœnobio attonſus in Monachum, vir antiquæ probitatis, & communium totius Ordinis conſuetudinum apprimè tenax, Monaſterium Caſinas laudatiſſimè adminiſtrauit. Diœceſim ex iniuncto ſibi munere perluſtrauit. Indè Generalis Congregationis Antiſtes renuntiatus, Caietam, ad eius Cœnobij regimen diſceſſit. Ann.1614.

Præfuit quinquennium.

Iſi-

ISIDORVS SECVNDVS.

ABBAS CXXIV.

ISidorus Parmenſis in noſtrum Ordinem apud ſuos,dato à pueritia nomine, Caſinenſis Abbas ſublectus eſt. Vitæ innocentia, & morum candore Honorato ſimillimus,Monachos, & rem familiarem optima adminiſtrandi ratione temperauit. Redditus auxit,imminuto ære alieno,quo Cœnobium premebatur. Excitatis ad Aræ maximæ latera fornicibus,Templi ornatum multò reddidit elegantiorem. Abſoluta in rē Cœnobij lite, quæ cum Communi S. Petri de Auellana per annos duodeuiginti agitata fuerat, Monachos magna perturbatione, ac moleſtia liberauit. Ann,1617. Tādē exacto apud Caſinū laudabilitèr ſui regiminis triēnio,ad alterius Cœnobij procurationem translatus eſt.

Adminiſtrauit triennium.

PAVLVS SECVNDVS.

ABBAS CXXV.

PAulus clariſſima Scottorum Familia Parmæ ortus, cum in Diui Ioannis Euangeliſtæ cucullum adoleſcens

leſcens induiſſet, acrioris ingenij præſtantia, inſignem rerum vſum, & multiplicem nobilium diſciplinarum peritiam adeptus eſt. Caſinatem Præfecturam, qua in Mantuano Patrum conuentu cohoneſtatus fuerat, magna cum laude quadriennium rexit. Eo Moderatore, cum domeſticæ vtilitati, & commodis diligenter proſpectum eſt, tùm verò litterarum ſtudia, ſi vnquam alias, in Caſinati Lyceo aſſidua contentione, & ingenti Academicorum progreſſu exculta. Citrarienſis Caſtri Oppidanos tumultuãtes ſtrenuè repreſſit, coactos debita Caſinatibus obſequia pro vetere ipſorum obligatione, atq; inſtituto exhibere. Primo ſui Magiſtratus anno, criminalis fori Germanenſis iuriſdictionem, magnis ſuperatis difficultatibus à Petro Duce Oſunnio, Neapolitano Prorege mercatus eſt, viginti quinque millium aureorum præſenti pecunia. Quare ſpes erat, ab obitu Principis Aſculani, Monaſteriũ per omnimodam emptæ iuriſdictionis poſſeſſionem præter cætera emolumenta, optatiſſima etiam pace tandem aliquando fruiturum, ſublatis nimirùm diſſidijs, & infinita litium ſerie interciſa, quæ quotidiè ſuborientes, perpetuum irrequietis, ac moleſtiarum fomitem ſuggerebant. Paulus igitur reliquo ſui regiminis tempore, partam criminalis fori iuriſdictionem cauſarum (quas ſecundas appellant,) cum pace retinuit; nemine ex Regijs Miniſtris aditam ab eo poſſeſſionem interturbante. Poſtremò è Caſinate Magiſtratu Romam, ad S. Pauli honorificè gradum fecit. Ann. 1621.

Præſedit annos quatuor.

Ber-

BERNARDINVS.

ABBAS CXXVI.

BErnardinus Tranenſis è Saiauedrorum genere, apud Hiſpanos prænobili Religioſum Ordinem in Caſinati Monte complexus, cæleſtis diſciplinæ exercitationi ſacræ Theologiæ ſtudia felicitèr adiunxit. Ampliſſimæ domus ſuſcepta gubernatione, nihilò breuiùs perturbationis, ac moleſtiarum tempus, quàm regiminis, & Præfecturæ ſpatium ſortitus eſt; Germanenſium plerisq; pertinaci defectione à ſacro Cœnobio auerſis, & noua quotidiè, ac pernicioſa in Abbatem, ac Monachos excogitare, ac moliri pergentibus. Sed hæc tamen diffidia, & machinationes, quantum Bernardino tranquillitatis, & otij ademerunt: tantundem opportunitatis ad augendam, illuſtrandamq; virtutem attulere: Siquidem Abbas conſtantis animi robur præſentibus malis viriliter opponens, nunquam paſſus eſt, de ſuo gradu deturbari ſe, ac deijci. Magna curarum parte ad ſacræ Aedis cultum, atq; elegantiam traducta, eos gradus perfecit, quibus ad ſanctuarium magnifico aſcenſu peruenitur, ex alabraſtite ad montis radices effoſſo. Templi Tholum (cupulam nuncupamus) Aræ maximæ ſupereminens, multò antè ab alijs incœptum, à ſe perfectum, & abſolutum, plumbeis laminis extrinſecus communijt, intus gypſo ab egregijs plaſtis inducto, magna

ex

ex parte ornauit. Poſtremò cum videret ingentem quotannis Cœnobio vtilitatem prouenturam,ſi agrorum fructus, & materia è cæduis ſyluis (quibus Caſinates abundant)in naues impoſita per Garilianum fluuium conuehi potuiſſent in mare, nihil non tentauit, vt Lyris denuò nauigationi peruius redderetur; ſed laudabili potiùs, & magnanimo conatu, quàm vtili opera deſudauit; Nec enim ingentes ſaxorum moles, quibus olim Bertharius Abbas in flumen deuolutis, ingreſſum in Campaniam Saracenis obſtruere curauerat, remoueri vlla induſtria, laboreuè potuerunt.Deniq; inter obeundum viſitationis munus(quod illi proximis ſuperioribus Comitijs iniunctum fuerat.)Andriæ obijt,in Cœnobio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ tumulatus. Ann.1624.

Præfuit triennium, ac ſex menſes.

SIMPLICIVS SECVNDVS.

ABBAS CXXVII.

SImplicius Caſſarellus ex illuſtri, & antiqua Romæ Familia, in Lucanis ortus (quò ex eadem gente Antonium olim, Eugenio IIII. Pontifice demigraſſe compertum eſt) à puero Monachus Caſinas in ſtudio litterarum,præſertim Gregorio Sayro, præcellenti doctrina, & magni nominis præceptore, vſus,inſigniter profecit. Greg. Sayro Præceptore vſus eſt.

Digitized by Google

Hinc artium cognitione, ac peritia, quàm ætate prouectior, in nobilioribus noſtræ ſodalitatis Academijs, ad Philoſophiæ ſimul, & Theologiæ ſtudia magiſter adhiberi eſt cœptus; Qua in exercitatione diù, ac laudabilitèr verſato, religioſæ Præfecturæ, honoreſq; demandantur. Iamq; celebre ſodalitium Sancti Seuerini Neapolis temperabat, cum in noſtris apud Aretium prouincialibus Comitijs iubetur ad Caſinatis domus gubernationem ſe transferre. Germanenſes, qui de Simplicij virtute, ac prudentia iamdiù magna ſibi perſuaſerant, & tunc præſertim ſibi pollicebantur, hoc nuntio mirabiliter excitati, extraordinarijs honoribus, & communis lætitiæ argumentis ipſum ſuſcepere. Verùm ab ipſo ſui regiminis exordio egregium dedit religioſi, verèq; ingentis animi ſpecimen. Annus erat Iubilei celebritate inſignis: Peregrinorum quotidiè vis maxima Caſinum confluebat: Domus ære alieno valdè premebatur; neq; tamen ille vel animum deſpondit, vel parùm in hoſpites liberalem ſe præſtitit; ſed reiecta in Deum ſpe, ac fiducia erectus, iuſſit quotquot eò peregrè ventitarent, humaniter admiſſis abundè ſuppeditari omnia, quæ noſtrorum hominum, & Caſinatis præcipuè domicilij hoſpitalis charitas, ex vetuſtiſſimo more, atq; inſtituto præſcribebat. Quare licuit toto eo anno Caſini dignum mortalibus, dignum Cælo, ac Superis ſpectaculum intueri. Hoſpites quotidiè ingenti numero illuc conuenientes, Monachi benignè exceptos comitabantur in Templum; Tum in Conclaue deductis abluebant pedes, ponebant menſam, epulis corpus, animum ſpirituali lectione reficiebant: ſternebant lectos, præſtoque aderant, qui

Mature Philoſophiam, ac Theologiam docet.

qui ſacras confeſſiones exciperent, & poſcentibus cæleſtis agni dapes impertirentur: nullum denique officij genus, vel obſequij omiſſum ex ijs, quæ in religioſis ſodalitatibus benè inſtitutis ad Chriſtianæ humilitatis, Charitatiſq; exemplum erga proprij ordinis longè aduenientes ſocios exhiberi cõſueuerunt; Conſtat verò pluries ſeptuaginta peregrinorum millibus Sacro Iubilei anno Caſinum inuiſentes, humaniter habitos, Caſino diſceſſiſſe. Hanc autem impenſam peregrinis liberalitatem, & pia obſequia cæleſtis benignitas copioſiſſima mercede eſt proſecuta; Nàm & cibaria, quæ Miniſtri ſacratæ Deo familiæ eum in annum prouiderant, peregrinis etiam tã multis ſuperuenientibus ſuffecere; Nec multum abijt temporis, cum ſodalitium Caſinas moleſtiſſimo æris alieni onere eſt ſubleuatum: Siquidem Paulo Secundo Abbate, Patres Neapolitano Proregi viginti quinq; millia aureorum numerauerant, criminalis fori ius in S. Germani Ciuitate, totiuſq; Caſinenſis Abbatiæ Caſtris impetraturi (cuius antiquiſſimæ iuris poſſeſſione à Carolo I. Siciliæ Rege per iniuriam exuti fuerant) hac lege, vt Hiſpaniarum Rex contractum inter Regiam Curiam, & Cœnobium Caſinenſe initum, ſuo aſſenſu firmaret: ſed eodem foro ab Hiſpaniarum Rege Aſculano Principi iterum conceſſo, neq; numeratum pretium recuperare potuerant Monachi, & pro nummorum ſorte pactum in ſingulos annos fructum, toto ferè ſeptennio trapezitis perſoluerant; vndè alienum æs ad immoderatam ſummam excreuerat. Itaq; Simplicius impetrato per Seuerinum Caſinatem alumnum, in Hiſpaniam ad hunc finem directum, à Philippo IV. æquiſſimo Rege, & in

Cæleſtis benignitas, Abbatis, & Monach. in Peregrinos hoſpitalitatem copioſiſſima mercede rependit.

Diuum Benedictum religioſiſſimo,ad Antonium de Toleto Aluæ Ducem,& per id tempus Neapolis Proregē, Regio decreto,prædictam pecuniæ vim recepit: cum admiratione omnium,eò maiore,quòd Italia per eos dies bellis æſtuante,Regium Aerarium penè exhauſtum,conſcripto tunc militi ſtipendia numerare cogebatur,& Regij Miniſtri ad vnum omnes diſertis verbis aſſerebant, Caſinati Monaſterio, in ijs pecuniæ anguſtijs ſatisfieri non poſſe. Eadem felicitate Simplicius Germanenſes Caſinatibus conciliauit, iampridem rebelles: Diſſidijs, ac litibus,quæ vtroſq; ab vtriſq; diſiunxerant,ſublatis, ac deletis. Diſcordes ēt animos inter nobilitatē,ac vulgus Citrarij,magna prudentia compoſuit. Eſt autem Citrarij Caſtrum Caſinenſis ditionis portio,nec exigua ſane, nec ignobilis;cuius antiquiſſimo iure,ac poſſeſſione Caſinenſis Abbas,primi inter Neapolitani Regni Barones titulo potitur,ſedetq; primò inter eoſdem loco, quoties in Regijs parlamentis conueniunt. Verùm ad ædificia, quod attinet,S. Germani Palatium amplificauit,ornauitq; conſtructis laxioribus cubiculis, & amœniſſimi proſpectus in aduerſos montes,circumfuſamq; planitiem, & commodiſſimæ deambulationis Xyſto, recenti ædium parte picturis exculta. Caſinatem verò Baſilicam magnificè prorſus, atq; inſigniter decorauit,Sanctuarium tres circiter palmos depreſſit ad eam altitudinem,qua olim à Deſiderio Abbate conſtructum fuerat. Aram maximam varijs,ſpectādiſq; marmoribus, & pretioſis lapillis miro artificio inſertis conueſtiuit, marmoreis cancellis, ad eximiam ſpeciem,Sanctuarium ipſum ambientibus.Hemiſphærij,Sanctuario,& Aræ maximæ incubantis ornamentum

Nouis ædificijs S.Germ. Palatiū amplificat.

Caſinas Tēplum magnificentiſſimè exornat.

tum ex opere marmorato, quod ſuperiores Abbates inſtituerant, abſoluit ipſe, auroq; ditiſſimè illuſtrauit, Sanctuarij pauimento varij coloris marmore conſtrato. Tholum verò, ac Tholi vtrumq; latus, Beliſario magni nominis artifici pingendum locauit. Odeo, quod tribus item palmis, vt Sanctuario æquaretur, depreſſum voluerat, plaſtarum opus adiecit. Sacro apparatu, quo Sacrdos, ac Leuitæ ſolemnioribus diebus feſtis vtuntur, quique ad quotidiana ſacra priuatim adhiberi ſolet, multiplici, ac pretioſo, reliqua ſacrarij inſtrumenta locupletauit: quibus etiam addidit ſena candelabra, & crucem æqua proportione; vtraq; inuſitatæ magnitudinis; vaſa item inſigniori altitudine, ac pondere viſenda. Crucem denique cum oblongo haſtili, ad ſacras ſupplicationes præferri ſolitam: omnia ſolido ex argento egregiè fabrefacta. Caſinatis Monaſterij Diœceſim bis obijt vniuerſam, ac diligenter inuiſit: Clero vbiq; ad meliorem Eccleſiaſticæ diſciplinæ normam conformato: Canonicis S. Germani Almutias (ipſorum inſignia) geſtandi facultatem Pontificis auctoritate impetrauit. Synodum ab ſe magno plauſu celebratam, nihilò minore omnium approbatione emiſit in lucem. Quandiù Caſinum moderatus eſt, opima pax Cœnobium, ſubiectaq; Cœnobio loca tenuit; ipſe ſingularem erga ſe beneuolentiam, cum pari ſubditorum obſeruantia expertus eſt. Illud prætereà peculiaris beneficij à Deo promeruit, quòd remouendo Altari elegantiùs exornando intentus, Diuorum Corpora Conſtantini, & Simplicij Abbatum, & Carolomani Regis, ac Monachi inuenit, eo prorſus ordine, ac modo, quo Cardinalis Io. Aragonius eadem enteà inuenerat, & Ioannes Antonius

Sacrarium argenteis vaſis, & ſerica veſte ditat.

tonius Caraffa,Comitis Magdaluni,Proregis Abbatiæ Caſinenſis filius, eumdem poſtea in locum , vndè à Cardinali remota fuerant , reponi mandauerat: vti ex publico documento (cuius in Elogio Cardinalis de Aragonia ſuprà meminemus)expreſsè conſtat.Guinizzonis,ac Ianuarij Monachorum item Caſinatum pretioſa pignora , ex Ara maxima,vbi quieſcebant , in nouum ſacellum perelegans translata,è regione ſacelli,clariſſimi Martyris Bertharij ; medio autem inter vtrumq; ſpatio, aliud per eam occaſionem miræ venuſtatis,atq; elegantiæ excitatũ, vbi Sacroſancta Euchariſtia decentiſſimè aſſeruatur . Eiuſdē opera impetratum Romæ ab ſapientiſſimis Rotæ Iudicibus decretum,quo ampliſſima ſententia definiunt,Caſinatis Archiuij tabulis ſummam fidē ab omnibus vbiq; locorum habendam eſſe , *quòd Archiuium illud non modò publicum, & authenticum ſit* (ita enim loquuntur) *ſed tota etiam Europa celeberrimum, vt in Sorana beneficij 8. Martij 1627. coràm bo. me. R.P.D. Merlino deciſum fuit in hac verba.*

Deciſio S. Rotæ Romanæ corã R. P. D. Merlino in cauſa Sorana Beneficij 8. Martij 1527. Romę impreſſa anno 1628.

Reſolutiones,quæ huc vſq; in hac cauſa præceſſerunt cũ eo præſuppoſito emanarunt,quod ſcripturæ in actis exhibitæ per RR. PP. Caſinenſes eſſent in forma probanti , vndè ſemel , ac iterum propoſito dubio ſuper veritate præſuppoſiti , hodiè Domini ſuper eo affirmatiuè reſponderunt. Iura enim prædicta,ex quibus reſultat,huiuſmodi beneficium eſſe manuale, & regulare,vſq; ab anno 1465. & ſic ſpectare ad Monaſterium Caſinenſe,ſunt extracta ex eodem Caſinenſi Archiuio,& inter Scripturas authenticas ibi conſeruabantur, & ab Archiuiſta deputato ſubſcripta , & conſequenter cum omnibus requiſitis;ità vt dictum Archiuium tanquam publicum

blicum, immò & celeberrimum in tota Europa, optimè fidem, & vim probationis attribuat dictis ſcripturis. Iuxta auth. ad hæc C. de fid. inſtr. *cum plenè notatis per* Felin. in cap. ad audientiam de præſcript. Io. Andr. ad Specul. §. nunc videndum verſ. quintum ſupplementum de edit. inſtr. Soc. ſen. conſ. 153. num. 6. lib. 2. Crauett. conſ. 158. num. 5. Rot. deciſ. 581. num.3. par. 2. recent.

Ampliùs ſi ſcripturæ extractæ ex Archiuio Epiſcopali dicuntur extractæ ex Archiuio publico, & plenè probant cap. 2. de fid. inſtr. & ibi Card. & Hoſtien. Franc. Marc. deciſ. 439. num. 2. 3. & 4. par. 1. Aluarot. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 121. num. 3. Modern. Patauin. de priuat. ſcript. lib. 5. cap. 1. num. 33. *Idem erit dicendum de hoc Archiuio Caſinenſi, quod æquiparandum eſt Epiſcopali, quia illius Monaſterij Abbas habet iuriſdictionem Epiſcopalem, cum Diœceſi ſeparata, deſcripta inter Epiſcopales in libris Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ, quibus fides habètur ad* Seraph. deciſ. 1353. num. 4. *Synodum congregat, concedit dimiſſorias ad Sacros ordines, approbat cõfeſſores, & Prædicatores, atq; ad ipſum, eiuſq; Generalem Vicarium diriguntur litteræ Apoſtolicæ matrimoniales, & diſpenſationum, & eidem Abbati Caſinenſi reſpondit Pontifex Alex. III.* in cap. 1. de conſanguinit & affinit. *& huiuſmodi litteræ Apoſtolicæ non niſi habentibus iura Epiſcopalia traſmitti ſolent,* cap. conquerente de offic. iud. ordin. & Seraph. deciſ. 1052. n. 1. *Aliaq; plura adducebantur, quæ ius Epiſcopale ipſius Abbatis Caſinenſis benè inferebant, qui quidem Abbas habet Territorium ſeparatum iuriſdictioni ſuæ ſubditum, nulluſq; alius extat, ibi Antiſtes, qui*

ſaluti

ſaluti animarum illius populi præſit, vt affirmat Butr. in cap. cum contingat num. 11. prope med. verſic.fatetur, *& ibidem prius* Ioan.Andr.num.4.de for.compet. *Immò hæc Eccleſia Caſinenſis verè videtur cenſenda Cathedralis, & Epiſcopalis,prout eam appellarunt* Io. Andr. in d. cap. cum contingat num. 4. de for. compet. & ibidem Butr. num. 11.circa med.verſ.fatetur,Rebuff.in prax. fol.649. in princ. Quarant.in ſumm.Bullar.in verbo Concilium Prouinciale num. 16.*& Prouinciale Eccleſiarum Cathedralium impreſſum Romæ ſub Leone X.& meritò,quoniam ex* Strabone li.5.de ſit.Orb. *Erat hæc Ciuitas præclara,& latinorum nouiſſima deducta Colonia à Romanis anno ab Vrb.* cond.440. L.Papirio Curſore V.& C. Iunio iterum Cõſulibus ex Tit. Liu. lib 9.decad.1. & Sigon.de antiq. iur. Ital. lib. 2. *Et multoties laudata apud antiquos Authores Pliniũ,Marcum Varronem,Antoninũ, Auguſtum, Silium Italicum:de more autem erat primi ſeculi naſcentis Eccleſiæ Epiſcopum creari, & tribui huiuſmodi Colonijs, & Ciuitatibus,vt ex* diſtinct. 80.cap.1. & 2. *quod,& melius ex temporum ſerie comprobari videtur: quandoquidem antequam Sanctus Benedictus illuc acceſſerit, dicta Eccleſia Caſinenſis habebat ſuum Epiſcopum,& præcipuè habuit Seuerum,qui interfuit Concilio Lateranenſi ſub Felice III. Papa,quod habitum fuit anno* 487.*& huic Cõcilio Seuerus, tanquam Epiſcopus Caſinenſis ſubſcripſit,* vt conſtat ex 2. tom.concil.fol.420. *Et de eodem hoc Seuero Epiſcopo Caſinenſi atteſtatur Petrus Diaconus in vita eiuſdem Sancti Seueri,& Leo Hoſtienſis* in Chron.Caſinen.lib.3.cap.40. *Poſtquam autem illuc acceſſit Diuus Benedictus,ſcilicet de anno* 529.*nemo amplius præter Monachos Caſinenſes* Epi-

ſcopus

ſcopus ibi fuit deputatus, & iure, quia D. Benedictus illuc immediatè à Deo miſſus fuit, eiq; pro populo Caſinenſi munus Euangelicum demandatum, quemadmodum affirmat S. Greg. Magn. dialog. lib. 2. cap. 8 & 19. & Gordianus in vita Sancti Placidi Martyris, quæ habetur apud Surium tom. 7. fol. 749. *& etiam refert* Diu. Thom. in opuſc. 19. cap. 4. circa med. & Auguſt. de Ancon. de poteſt. Eccleſiaſt. ad Ioannem Papam XXII. quæſt. 64. art. 1. *& hoc idem aſſeritur* in adnotantibus ad Can. generaliter 16. quæſt. 1. *& ſucceſſiuis temporibus Abbates Caſinenſes poſt D. Benedictum, licet non eſſent Epiſcopi, Iura tamen Epiſcopalia, & omnimodam iuriſdictionem ſemper exercuerunt, diœceſimq; habebant, vt patet ex pluribus, & præſertim ex Bulla ſigno plumbeo munito de anno* 1271. *vbi Bernardus Abbas ſuam dixit diœceſim, & trãſlationem cuiuſdam Eccleſiæ demandauit. Et Marinus Abbas de anno* 1308. *in alia Bulla aſſenſum præbuit. Indulgentijs ab Epiſcopis conceſſis in conſecratione cuiuſdam Altaris, & ad inſtar Epiſcoporum, aliàs etiam ipſe conceſſit. Immò de anno* 1322. *Ioannes Papa XXII. Epiſcopum dictæ Eccleſiæ Caſinenſi reſtituit, eamq; in regularem Cathedralem conſtituit: ordinem dumtaxat Epiſcopalem addendo prædictis Abbatibus, qui à conuentu in Capitulum erecto per Canonicam poſtulationem eligebantur, & vtrũq; munus Epiſcopi ſcilicet, & Abbatis obibant, quod ſeruatum eſt vſq; ad annum* 1367. *ſub Vrbano V. qui iuriſdictionem prædictam reſeruando ijſdem Abbatibus, ſolummodo Epiſcopalem Ordinem à Ioanne XXII. conceſſum ademit, putans rei familiari, ac vtilitati Monaſterij ex hoc magis fore conſultum, vt ex Bulla eiuſdem Vrbani V. ex quibus*

aſſequimur, quod hæc Eccleſia Caſinenſis ſemper fuit Cathedralis, & Epiſcopalis, habuitq; & ad præſens etiam habet diœceſim, ac Territorium proprium, & Abbates omni tempore pariformiter (exceptis his tantum, quæ ab ordine pendẽt) iura Epiſcopalia, & iuriſdictionẽ pleniſſimè exercuerũt, & exercent, ac proindè illius Archiuiũ tanquã Epiſcopale legalitatem, ac fidem ſcripturis ibi exiſtẽtibus præbere debet.

Vlteriùs videbatur aliquibus ex Dominis in hac materia, præferendum Archiuium Eccleſiæ Caſinenſis aliis Archiuiis Epiſcopalibus: quia Epiſcopi ſæpè ſæpius ſolent eſſe ſuffraganei, & anguſtæ diœceſis, & nihilominus eorum Archiuia dicuntur publica, & ex eis extracta iura plenè probant, ex ſupra deductis: atqui Abbas Caſinenſis, non eſt vlli aut Abbati, aut Epiſcopo, aut Archiepiſcopo ſuffraganeus, vel ſubditus; ſed omninò à quocũq; exẽptus, ſoli Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus, vt ex priuilegio Zaccharia Papæ, à quo Põtifice prætereà fuit Abbas dicti Monaſterii ea dignitate decoratus, vt ſupra omnes alios Abbates in publicis Cõciliis, ac cœtibus reſideret, & ante alios ſententiam diceret, vt probant eius antiqua priuilegia, conſuetudo indè ſecuta, & Carol. Segon. de Regn. Ital. lib. 3. ſub anno 748. & Leo Hoſtien. Cron. lib. 1. cap. 4. *Et indicat liber Prouincialis, cui in Rota receptũ eſt, vt fides adhibeatur* Mohed. deciſ. 5. de fid. inſtrum. *Immò habet Abbas Caſinenſis vtramq; iuriſdictionẽ, ſpiritualem ſcilicet, & tẽporalem, atq; in ſuo Territorio eſt veluti Princeps, cuius proptereà Archiuium ſatis probat* Burſat. cõſ. 106. n. 18. *qui alios cumulat.*

Accedunt conditiones ad id requiſita, quæ ſi in vllo Orbis Archiuio reperiuntur, in hoc certè eminent; eſt enim antiquiſſimæ iuriſdictionis, & temporis, habet publicũ officialem,

&

& cuſtodem, iuxta Felin. in capit. ad audientiam de præſcript. *qui Officialis exactiſſimè diſpoſita monumenta conſeruat, & dicitur Archiuiſta Caſinenſis, & talis fuit Leo Monachus Cardinalis, & Epiſcopus Hoſtienſis, ac Petrus Diaconus, quos de aliorum conſenſu ſinceræ fidei ſcriptores appellat, & laudat Cardinalis Baronius, & ex eo Archiuio profitetur deprompſiſſe multa, quæ in ſuos Annales, & alia opera ingeſſit, ità in notis ad Martyrolog. ſub die* 12. *Martij* 6. *&* 7. *Maij.* 17. *Iunij, &* 18. *Iulij* 20. *Auguſti.* 1. *Octobris,* 7. *Nouēbris,* & in Annal. tom. 10. ſub anno 850. & 851. & 873. & tom. 11. *multis in locis, & Panuinus Hiſtoriæ Romanæ parēs appellatus, idem teſtatur* in princ. Hiſt. Pontif. & Carolus Signonius in indice Hiſtor. de Regno Italiæ, præter alios antiquiores.

Demum, quod totam rem euincit, ſat eſt, quod vti publicum, & inſignè ſemper à Sūmis Pontificibus, & in magna æſtimatione fuerit habitum; ità enim Bonifacius IX. anno 11. *ſui Pontificatus, in quadam Bulla admodùm honorificè de eo verba facit. Ità pariter Leo X. anno* 9. *ſui Pontificatus, mandat in eo aſſeruari, & reponi magni momenti ſcripturas, & nuper ad nutum S. mem. Pauli V. Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Vulpius, & iuſſu Catholicæ Maieſtatis Fuluius Marchio Corletti ad illud, tanquam ad Archiuium publicum tranſmiſerunt cuſtodiendam determinationem cauſæ cuiuſdā vertentis circa confines Terrarum Pontis Curui, & Rocchæ Guglielmi, & poſtea S. me. Gregor. XV. Archiuij cuſtodem Pontificij Notarij dignitate donauit, vt iure meritò S. P. D. N. Vrbanus VIII. innixus tantis eruditorum atteſtationibus, Pontificum decretis, loci antiquitate, & præcipuè Officialium diligenti, ac ſince-*

ra cuſtodia confirmans eadem priuilegia amplius decreuerit omnimodam habendam eſſe fidem ſcripturis huiuſmodi, in quocumq; Tribunali Eccleſiaſtico, aut ſeculari, vt apparet ex illius Breui.

Neq; rurſus obſtare viſum eſt, quod Archiuium publicum ſolùm dicatur probare inter perſonas illius Territorio ſubiectas, Rot. apud Caputaq. deciſ. 42. par. 1. *coràm* Puteo deciſ. 341. num. 2. lib. 2. *&* *coràm* Reuer. D. meo Decano deciſ. 36. num 10. & deciſ. 128. num. 2. *in eius impreſſis, & ex ibi* allegatis, & Trentacinq. var. reſolut. lib. 2. de reſol. 8. num. 8. de fid. inſt. *qui alios cumulat, à qua opinione nec eſt recedendum, cum eam Rota pluries fuerit amplexa, quidquid in contrarium ſenſerint* Aret. in cap. cum cauſam de prob. & Seſſ. deciſ. Aragon. 21. num. 1. & ſeqq. Modern. Patauin. de priuat. ſcriptur. lib. 5. c 1. num. 18. *Quoniam vera eſt illa concluſio in Archiuio conſtituto ad certum Territorium, & ad certas ſcripturas, & ità loquuntur Doct. & propterea non applicatur ad hoc Caſinenſe, quia habet, & cuſtodit ſcripturas pertinentes ad totum ferè Orbem, atq; ad Principes Chriſtianos neutiquam illi ſubditos, & cum verſemur in antiquiſſimis ſcripturis, illa probant etiam extra Territorium Archiuij, vt limitando contrariã opinionem docet, idem* Seſſ. d. deciſ. 21. num. 6.

Poſtremò multa hic quoque concurrunt, quæ fidem dictis ſcripturis, & iuribus addunt, nempè quia iura extracta ex Archiuio, etiam priuato Monaſterij, licet regulariter non plenè probent, multum tamen operantur, vt per Crauett. d. conſ. 274. num. 6. Ozaſc. deciſ. 69. num. 6. *At hoc Archiuium, vt dicebatur, eſt publicum, & inſignè, antiquiſſimum, ritè cuſtoditum, publicè aſſeruatum, & in poſ-*

ſeſſio-

ſeſſione etiam, vt apud vnumquemq; adinueniat fidem, &c.

Et ità ſemel, & iterum examinato articulo reſolutum fuit, iura ex dicto Caſinenſi Archiuio extracta eſſe in forma probanti, &c.

Quæ deciſio coràm Eminentiſſimo Cardinali Veroſpio iuniori tunc temporis Sacræ Rotæ Auditore ſub die 5. Iulij 1632. confirmata, & ſententia lata per eumdem R. P D. Merlinum in iudicatum trāſacta, ab eodem Eminēti.ſſim executioni demandata fuit.

Cæterū noſtræ ſodalitatis Præfecti prudentē Simplicij adminiſtrationē, maximèq; frugiferā experti, ſapientèr illum totius Cōgregationis Generalē Præſidem elegerunt.

APPENDIX

DE SACRORVM PIGNORVM, INVENTIONE.

ADmonet mè inſignis ſacrarū Reliquiarū inuentio, & quæ ipſiuſmet inuentionis feſtam gratulationem adauxere, illuſtria prodigia, ne ſilentij tenebris inuoluam, quæ Deus eximio ſuæ bonitatis munere, nobis eduxit in lucem: neuè Poſteris iuſtè me ipſum accuſandi locum relinquam, qui toties de maiorum noſtrorum taciturnitate, vel parſimonia in hoc genere conqueri ſoleo, ac penè indignabundus expoſtulare. Ab ſuſcepta igitur Caſinate Præfectura, verſabat intento animo Simplicius, ſi quà poſſet clariſſimi Monachorum

Pa-

Parentis, ac Magiſtri ſepulchrum (quod frequentiſſimo concurſu omnium vndiq; gentium quotidie celebratur) ſplendidiùs,ac magnificentius exornare ; idq; non ſua tantum vnius religione, ac ſtudio:ſed communi etiam tùm ſodalitij,tùm Congregationis totius Caſinenſis nomine, atq; exiſtimatione permotus. At quoniam iſtuc ipſum intelligebat,commodè perfici non poſſe, niſi Templi Sanctuarium (quo in medio ſub Ara maxima Diui Benedicti ſanctiſſimum corpus requieſcit) in meliorem formam redigeretur; Excogitatum prius eſt,de ipſomet Sãctuario (reliqua Templi parte non diminuta) in laxioris areæ ſpatium protrahendo; id enim videbatur non ſolum ad rem propoſitam neceſſariò requiri; ſed etiam ad venuſtiorem aſpectum Baſilicam introeuntibus, & ad ſacras functiones (ſolemniores præſertim) pro dignitate commodiùs obeundas mirabiliter corferre. Accerſiti hanc in rem non ignobiles Architectis;locus perattentè inſpectus,ac dimenſus: plures deſcriptæ formæ;poſtremò pronunciatum, rem planè arduam, felicis exitus ſpe tentari nõ poſſe.Cũ Abbas ne ità quidem acquieſceret,anno inſequenti Equitem Coſmam Fanſagum Bergomatem, Architectonices peritiſſimum, Neapoli denuò Caſinum euocat: Monet quantum ſibi curæ ſit Sanctuarij amplificatio, quantum ipſius arti confidat, quantum de ſedulitate,atq; induſtria ſibimet polliceatur: Videat proinde accuratiùs quid hac in re artificio aſſequi poſſit, atq; afficere. Coſmas diù ſecum meditatus, tandem Abbati nouam graphidem exhibet, ad quam expetitũ opus aggredi,ac perficere deſtinabat. Cum cæteris ad eam diem prolatis exemplaribus haud paulò ampliùs illud arriſiſſet, placuit Simplicio ad eius normam futurum ædificium cõformari. Aliquot

quot poſt menſes incœpto iam opere, depreſſoq. ad tres palmos ſanctuario, cum Ara maxima eumdem in modum aptanda ſupereſſet, non vna hic cura Simplicij animum, & cogitationem anxiè diſtrahebat. Altare ipſum demoliri, iterum poſteà reſtituendi conſilio, non placebat, quod Alexander Pontifex, Deſiderij Abbatis rogatu, in Caſinatis Templi dedicatione, illud idem ſacraſſet: porrò quamlibet in partem illud impellere, quin vel leuiſſimo motu præ vaſtitate molis, ac vetuſtate fatiſceret, videbatur longè difficillimum. Accedebat ſumma religio, ac reuerentia ſanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, eiuſq. ſororis Scholaſticæ, quorum ſacræ exuuiæ cum aliorum pretioſis cineribus ſub eodem Altari deliteſcebant. Erat verò timendum maximè, ne qua labes, vel grauiore ruderum caſu, vel Cæmentariorum imprudentia religioſiſſimo ſepulchro inferretur. Hoc multiplici metu quò ſe expediret Simplicius, ſtatuit remotis arbitris, de futuro euentu priuatim periculum facere. Igitur duobus Monachis, & vno dumtaxat fabro comitatus intra Templum ſe abdidit, ibique occluſis foribus, iuſſit Cæmentarium propè Aram, fornicem perfringere, quantum homini admittendo ſatis eſſet. Aditu ad interiorem cameram patefacto, ingreſſi ſeparatim Patres aduertunt, poſſe Aram inoffenſo fornice, & ſanctiſſimi Patriarchæ mauſoleo, ad ſanctuarij planitiem demitti: Deindè verò inter remouendum, auxere lætitiam inuenti loculi pluriũ Monachorũ, ſanctiſſimis Reliquijs locupletes, è quibus inuſitata gratiſſimi odoris ſuauitas efflabatur. Altaris moles ſanè pergrandis, quæ (vt diximus) neceſſariò remouenda erat, ne vlla ex parte inter agitandum labefactaretur, aſſeribus diligenter obſepta eſt, arctèq. validis

funibus

funibus conſtricta: donec introrſus ad Chorum tres circiter vlnas, quantùm videlicet opus erat, feliciter ſubmota eſt. Eodem die Monachi Sanctorum Lipſana è ſubterraneis tumulis ad ſacrarium tranſtulere, ibidem aſſeruaturi, quoad Altaris opus, atque ornamentum perficeretur. Dum autem ſacri theſauri plumbeas arculas eleuant, cum ſuis, quamq; inſcriptionibus, puluere ſubiectum loculis ſolum conſternente aſpiciunt, ex eiſdem loculis vnum (quo Diuorum Simplicij, & Conſtatini Abbatum includebantur exuuiæ) illuſtribus guttis, vndiq; abundanter humeſcere, ac perfundi. Collectus ſtatim in vitreas ampullas goſſipinis flocculis affluens liquor, qua par eſt reuerentia, & religione à Caſinatibus aſſeruatur. Demùm perbreui decem menſium ſpatio abſoluta Sanctuarij, atq; Aræ maximæ ſtructura, perfectiſq; ornamentis, Abbas cæleſtes opes renouatis antiquis arculis, è ſacrario (vti cogitauerat) in priſtinam ſedem ſolemni pompa repoſuit.

PAulus Parmenſis Simplicio ſubrogatus, iterùm Caſinatem Abbatiam biennio tenuit, prudenter, vti prima vice, & ex vſu Cœnobij, quod multis in locis commodiùs, elegantiùſq; reddidit, aucta ſuppellectile, inſtauratiſq; ædificijs. Indè Mutinenſis Monaſterij cura illi demandatur.

Præfuit biennium.

ANGE-

ANGELVS V.

ABBAS CXXVIII.

NOſtræ Congregationis ſeptemuiri Prouincialibus Comitijs Angelum Fundanum Paulo ſublegere, Cœnobij Caſinatis alumnum. Hic naturali, diuinaq; ſapientia (quam vtramq; aliquandiù magno nomine profeſſus erat) impensè doctus, morumq; & prudentiæ laude inſignis, primarias noſtri Ordinis domos iam tum laudabiliter rexerat. Igitur Caſinatis domicilij ſuſcepto regimine, haud dubiam ſpem fecerat, fore, vt concreditam ſibi prouinciam maxima integritate, pariq; dexteritate in rem communem adminiſtraret. Veùm in ipſa meditatione, atq; apparatu rerum, quas ad Cœnobij decus, & commodum moliebatur, repentinæ apoplexiæ caſu oppreſſus, decimo ægritudinis die, vndecimo ſui regiminis menſe deceſſit è vita.

Præfuit menſibus vndecim.

PAVLVS CAMILLVS.

ABBAS CXXIX.

PAulus Camillus de Caſatis Placentinus, cum antiqua generis nobilitate, nonnullas etiam paternæ domus veluti hæreditarias dotes, ingenij bonitatem, can-

dorem mentis ingenuum, & ſuauiſſimam morum, agendiq; facilitatem, à natura ſortitus eſt. Quæ quidem prærogatiuæ poſt ſuſceptam Placentiæ, in Diui Sixti Monaſticen excultæ ſedulò, atque inſigniter auctæ, omnium illi beneuolentiam, & præcipuos noſtræ Congregationis honores facilè compararunt. Iamq; Cœnobium in Patria, Abbatis dignitate inſignitus, tertio anno ſolerter curabat, cum hyemalibus Comitijs ſeptemuirum deſtinatione Caſinenſi domicilio præter ſpem omnem, atq; expectationem, ex improuiſò præficitur. Hanc ille prouinciam triennij ſpatio ità exercuit, vt à ſe ipſo, ideſt ab innata benignitate, religioſaq; prudentia diſcedens nunquã gratiſſimus ſubditis fuerit, expertus viciſſim prona iſtorum erga ſe ſtudia, inſignemq; perpetuò obſeruantiã. Monaſtici inſtituti diſciplina, & peculiares religioſiſſimæ domus ſanctiones, ac ceremoniæ, ne quam labem cõtraherẽt, cauit perattentè. Ad prouentus verò, fortunaſq; Cœnobij, ac res omnes temporarias, quod attinet, operam dedit, vti à miniſtris, fideliter, accuratèq; tractarentur; haud ignarus, ab diligẽti facultatum, reiq; familiaris procuratione, non facilem modò, atq; expeditam Prælatorũ adminiſtrationem; ſed mutuæ etiam animorum concordiæ, ac pacis nexum inter ſubditos, adeòq; Diuini cultus, & religioſarum Conſtitutionum obſeruationem, magna ex parte deriuari. Porrò ædificandi anſam, cum ab eiuſmodi ſtudio ſuaptæ naturæ minimè abhorreret, facilè ſibi perſuaderi paſſus eſt, vt oblatam amplecteretur, ac retineret. Peryſtilium ad Monaſterij ianuam, ab inſignis ſtructuræ magnificẽtia, & pulcherrimi proſpectus amœnitate Caſinates (vt alibi admonuimus) Paradiſum appellant

pellant. Hoc igitur ſupernè patens, & vndiq; apertum, vi frigoris labefactato pauimento, cùm aliàs ſæpè imbrium impetu, ac redundantia; tùm verò ſæpiſſimè per hyemem, in inferius deambulacrum guttatim per rimulas depluebat: iamq; ab immodici humoris diuturno affluxu, vitiata teſtudo, & enormiter corrupta, primum Cœnobij aſpectum introeuntibus inuenuſtum obijciebat: Nec cuiquam à pluuia, immuni, atque intacto illac, exſudante fornice, tranſitus concedebatur. Huic igitur incommodo cum Paulus Camillus proſpectum vellet; ſuperius ambulacrum figlino pauimento contra pluuiæ, algoriſq; iniurias muniens, detractis indè lapideis laminis conſtrauit inferius, & inſtaurata peryſtilij concameratione, priſtinum loco nitorem ſimul, & Monachis nullo non tẽpore inoffensè ſpatiandi facultatem reſtituit. Nec minus præſtitit beneficiũ tàm Caſinatibus, quàm alijs quibuſuis, Sacrum Cœnobium adeuntibus, ardua in primis, & prolixa via, qua illuc perpetuo montis anfractu cònſcenditur, alibi inſtaurata, alibi verò itineris difficultati, laboriq; (quoad eius fieri potuit) mitigando, complanata. Cæterùm non aliàs magis in rem Caſinenſium Paulus Camillus ſuam probauit induſtriam, quàm cum Regio Magiſtratui antiquiſſimã Monaſterij immunitatem grauioris cuiuſdam oneris exactione labefactare meditanti, molientiq; oppoſuit ſeſe, perfecitq; pari dexteritate, & conſtantia; vt Caſinates iuribus ſacri Cœnobij, & priuilegiorum intactis, liberi ab ea moleſtia, atq; immunes redderentur. Sancti Ioannis in Sorana Diœceſi Oppidulum Illuſtriſſimi Martirys ſimul, & Caſinenſis Abbatis Adeodati, ſacræ corporis exuuiæ tuen-

tur, & exornant. Huius cæleſtis theſauri aliqua ſaltem particula (quando totum obtinendi ſpes affulgebat nulla) percupiens Abbas, ſacrarij Caſinenſis opes auctiores reddere; diligenter rem egit, peregitq; cum Soræ Epiſcopo, qui vt erat Caſinenſium ſtudioſiſſimus, perhumaniter recepit, ſe (modò vt per Romani Pontificis facultatem liceret) Sanctiſſimi Martyris tibiam conceſſurum. Impetrata confeſtim à Summo Pontifice venia, Paulus Camillus Sacerdotalem Caſulam, magni ſumptus, & exquiſiti operis elaboratam habuit in promptu, ipſi videlicet Eccleſiæ, vndè optatiſſimum pignus expectabatur, religioſi obſequij argumentum, offerendam. Iamq; conficiendo penitus ad animi votum negotio nil deerat aliud, niſi vt Zacharias Fractenſis, teſtatæ religionis, atq; innocentiæ Abbas, & Cœnobij Caſinatis ſodalis (quo auctore, atq; hortatore, pium hoc opus promptè ſuſceptum ardenter promouebatur) ad Caſtrum S. Ioannis, cum religioſo comitatu ſe conferret; venerandas ſanctiſſimi Martyris reliquias, ab ipſomet Sorano Præſide ex condicto acceptas, Caſinum relaturus: cum ecce tibi in hoc temporis, ac rerum articulo, litteræ à Patribus Paulo Camillo ſuperueniunt, quibus de Regienſis Cœnobij demandata ſibi adminiſtratione certior reddebatur. Maiorum igitur iuſſis impigrè obtẽperans, Regium verſus diſceſſit: vbi paulò poſt de ſacro pignore à Deſiderio, per id tempus Abbate Caſinati accepto, & inſigni pompa, feſtaq; gratulatione, ad ſacrum Cœnobium delato admonitus, impensè gauiſus eſt, à ſuo ſucceſſore, (quod ipſemet temporis anguſtijs excluſus nequiuerat) feliciter fuiſſe tranſactum.

DESI-

DESIDERIVS
ABBAS CXXX.

DEſiderius Fractenſis, familia de Petronijs perilluſtri,vnà cum ſublimioris Philoſophiæ exercitatione (cui adoleſcens in Caſinati Academia deuouerat ſeſe) optimarum quoque artium ſtudijs aſſiduam, ſolertemq; operam nauauit. Quo tempore primores noſtræ ſodalitatis Patres,ſanctiſſimis Pauli Papæ Quinti cōſilijs de Propaganda Fide promptiſſimè obſecuti, celebrem inſtituendæ iuuentuti noſtræ ſcholam, Peruſiæ ad D.Petri aperuerunt; Deſiderio Gymnaſio, & promouēdis ſcholaſticorum ſtudijs præfecere. Quod ille munus accuratè adeò,ac diligenter quadriennium eſt executus, vt complures Alumni optimis diſciplinis egregiè imbuti,ad antiquum Caſinatis familiæ ſplendorem inſtaurandum,ex eadem Academia prodierint. Hinc Deſiderius pietate ſimul, & doctrina conſpicuus, Præſulis officium, atq; inſignia maturè admodum, ſacri verò Cœnobij regimen, Pauli Camilli ſucceſſor adeptus eſt. Deſiderij primi Abbatis, cognominis ſui, eximiam liberalitatem erga res ſacras,pro virili æmulatus, de Templo,ac ſacrario (quantum ſcilicet præſentes Monaſterij prouentus, ac res familiaris permiſere)bene mereri nō deſtitit.Itaq; Aram maximam, ſub qua DD. Benedicti, & Scolaſticæ ſacratiſſima corpora delitefcunt, Odeum verſus clathra-

tis

tis cācellis ex auricalcho circumſepſit: modicæ quidem altitudinis(ne longè pulcherrimum Aræ ipſius, & ſepulchri proſpectum interciperent) ſed exquiſiti operis, ac venuſtiſſimi;E quibus tredecim veluti brachia,certis inter ſe interuallis prominētia,totidem Lycnos, perquam eleganter ſuſtentant, die,noctuq; collucentes. At verò Chori fornicem ſplendidiſſimo Baſilicæ Tholo contiguum, & inaurato pridem marmorato renidentē, pictis tabulis(quæ deerant vnæ)mirū in modū illuſtrauit;ità vt abſoluto nunc vtriſq; ornatu, Tholi nimirùm, & Chori, nihil in quauis Aede ſacra elegantiùs ad aſpectum deſiderari queat, nihil ad ſplendorē magnificētius.Sed quoniam Odei ſedes Monachis Dauidica carmina concinentibus, cùm æſtate, tùm hyeme permoleſta, & inſalubris accidebat; huic quoq; incommodo Deſiderius, vt mederetur, attētè perueſtigabat. Demùm animaduertit, conclaue ſubterraneo Templo cohærens, ſatis amplum, huic ipſi rei, quam moliebatur, poſſe mirabiliter deſeruire; nec mora; exiguæ impenſæ, & modici temporis, laboriſque diſpendio, aulam in vſum nocturnæ Synaxis compoſuit adeò appoſitè; vt nulla non anni tempeſtate commodiſſimè ſimul, ac ſaluberrimè per noctem frequentetur à Monachis. Sacrarij quoq; ſuppellectilem, partim vſu, ac vetuſtate detritam, partim minùs quàm ipſe cuperet elegantem, ac pretioſam, inſtaurauit, ditauitq; argenteis vaſis, alijſq; ex eodem metallo ornamentis,& inſigni omnis generis ſacrarum veſtium additione. Neq; his contentus,Cœnnobij nomina notabilem in modum imminuit.Demùm religioſæ iſtius benignitatis non exigua parte ad Turrim, (vetus D. Benedicti

nedicti domicilium deriuata,pauimento (quod materia, atq; artis præſtantia nobile,eo loco ſpectatur)plurimum addidit ſplendoris, & vltimam aliquando manum impoſuit. Demùm tranſacto in primarij omnium Cœnobij regimine ſolido quinquennio, non ſine magna prudentiæ, ac religionis laude, ad inſignem Diui Pauli Abbatiam, cui tertium iàm annum præeſt, moderandam, Prouincialium Comitiorum decreto tranſmiſſus eſt.

SEVERINVS

ABBAS CXXXI.

SEuerinus à Caſtroforti, clara Fuſcorum Familia ortus, humanam philoſophiam in ſeculo probè edoctus: quò cœleſtem ſecuriùs, faciliùsq; perdiſceret, ſacro Caſinenſi Lyceo nomen dedit. At verò pietatis ſtadium cum paulò ætate prouectior intraſſet, animi, ingenijq; contentione effecit, vt multos haud lentè, ſegnitèrq; progredientes, in arrepti propoſiti curriculo anteiret. Philoſophiam aliquamdiù prælegit, muneris ſui partes ſtudioſè, ac laudabilitèr executus. Neq; contemplatricis modò, ſed actuoſæ etiam vitæ ſtudijs, atq; functionibus mirificè aptū ſe prodidit. Quod cum primarijs Cœnobij Patribus innotuiſſet, Neapolim ſacri ſodalitij negotia curaturus, nec dum ſuſcepto ſacerdotio (quod alteri ante ipſum nemini contigerat)

dire-

directus eſt. Quam ille prouinciam cum extraordinariæ prudentiæ, & ſollicitudinis laude in rem Caſinenſium dum adminiſtrat,ab eiſdem iubetur vltrà quinquennium (præſcriptum videlicèt, alijs ex recepta conſuetudine ſpatium) eo in munere perdurare. Interim verò maximi ponderis ac momenti re, vnum aliquem è Caſinatis cœtus alumnis, rerum agendarum peritia, vſuque apprimè inſtructum in Hiſpaniam neceſſariò efflagitante; Seuerinus tanquam rei, qua de agebatur, nauiter curandæ, atq; ex voto conficiendæ in primis idoneus, omnium calculis electus,illò confeſtim amādatur. Neq; Patres ſua fefellit opinio. Biennali apud Hiſpanos commoratione Seuerinus concreditam ſuæ fidei, atq; induſtriæ cauſam,plurimis licet, maximiſq; impeditam difficultatibus, optato demùm euentu tranſegit; Si quidem obfirmato ad omnem patientiam animo moleſtiſſimas aulæ, ac tribunalium cunctationes, dilationeſq; pertinaciter deuorans, tandem mandatum retulit à Philippo Quarto Rege, ad Neapolitanum Proregem, quo pecuniæ ſummā, cuius in Simplicio Secundo paulò antè meminimus,Caſinenſis Monaſterij reſtituere iubebatur. Ex Hiſpania rebus feliciter tranſactis,redux in Italiam,Prioris Clauſtralis munere, ac dignitate, non ità multò poſt cohoneſtatur. Iamq; apud Caſinates quinquēnium,Neapoli ad Sancti Seuerini biennium,eo Magiſtratu perfunctus erat; cum prouincialibus Patrum Comitijs Abbas creatur, ampliſſimo Cauenſi Cœnobio, præter Congregationis noſtræ commune inſtitutum, ac morem temperando,nouitius Præſul præfectus. Prudentem fuiſſe Patrum deliberationem in Seuerino præter ordinem

eue-

euehendo, Generalia Comitia proximè ſubſecuta comprobarunt, eodem Abbate inter Diffinitores (ſupremum apud nos Magiſtratum) rari prorſus exempli actione, cooptato. At verò Seuerinus, crediti ſibi domicilij cōmodis, ſiuè religioſæ diſciplinæ integritatem, ſiuè facultatum incrementa, æris q; alieni diminutionem ſpectes, vtiliſſima ſui regiminis methodo, acceptis honoribus, & vniuerſali, præcellentiq; de ſe omnium expectationi cumulatiſſimè reſpōdit. Triennio iàm Cauenſis Præfecturæ elapſo, Caſinenſem capeſſit Superiorum ſanctione, ac iuſſu. Hic verò qualem in perardui muneris, ac moleſtiſſimi procuratione tertium iam annnum ſe præſtet: qua vigilantia ſacrarū legū, totiuſq; domeſtici moris obſeruationi ſtudeat: qua ſollicitudine tā multa, tā varia Monaſterij negotia, prouētuſq; ac fortunas tractet; quo affectu, qua humanitate in Monachos ſibi ſubiectos feratur; quàm deniq; prudenti, atq; imperturbato animo agat omnia, ſui sēper ſimilis, & vnum, eūdemq; hominē, vbiq; repręſentans, quid attinet dicere? perſpicua ſunt hæc, noſtriſq; multò notiora, quàm vt mea, vel alterius cuiuſuis narratione indigeant. Non omiſerim tamen, Seuerinum ſpectandum omnibus proponere, qualem elegantiſſimus Scriptor ſuis illū coloribus expreſſit, quo primum tēpore Caſinū adijt Abbatis dignitate, ac poteſtate illud moderaturus; vt Caſinenſium Abbatum Elogia, Caſinenſis Monachi, ingenio iuxta, & nomine Angeli, venuſtiſſimo Elogio coronem, & Lectorem meum, quem integro huiuſce libri decurſu, ſæpius rudioris ſtyli, quadam velut inſulſitate offenderim, hac ſaltem ad vltimum appendice, exquiſitis ſententijs, & terſiſſima elocutione referta,

Oo ſapi-

ſapidiſſimo veluti obſonio recreatum dimittam. Ineptus verò ſim, aut ineptiſſimè potius deſipiam, ſi nobiliſſimi huius Encomiaſtes præconia, vel leuiter coner attingere, quem humanam, diuinamq; ſapiẽtiam cùm in alijs, tùm Romana præſertim, & Caſinati Academia annos iam duodeuiginti, ſecundiſſima fama profitentem, doctiſſimi viri nouerunt, nec nouerunt ſolùm; ſed admirantur etiam, & deprædicant.

REVERENDISSIMO PATRI

P. D. SEVERINO FVSCO

SACRAE CASINENSIS ABBATIAE

Eiuſq; Diœceſis regimen tunc primùm ſuſcipienti

ELOGIVM

D. ANGELI DE NVCE NEAP. MONACHI CASINATIS.

Pattios tandem Lares
Titulis honeſtatus, triumphis onuſtus,
Imperaturus ingredere
SEVERINE.
Quàm moleſtum nobis cum modeſtia tua certamen!
Importunè pugnauimus, opportunè vicimus,
Vt nobis imperares.
Areſcent iam Garis vndæ, quæ populorum Lacrumis exundabant.
Miteſcet ventorum furor, quem filiorum ſuſpiria irritabant.
Caſine, ne time fulmina:
Non ſęuit Iuppiter, vbi regnat Apollo:
Vnde autem Apollo?
Inſpice ſtemma.
En Parnaſſus, en Zodiacus, en Aſtra circumſtant.
An non ſunt hæc Solis Emblemata?
Sed vbi coma?

In ſtemmate Aſtra micãt, montes ſurgunt, interpoſita faſcia.

Co-

Digitized by Google

Comam comitate commutauit fęlicius,
Cum ſeculum reliquit adſcribendus æternitati:
Sub nigro paludamento,
Clarior eſſe cœpit,etiam cum latere ſe cenſuit.
Sidera clariùs micant in FVSCO.
Prærupta virtutum iuga,præpropero gradu conſcendit,
Hæreditario originis priuilegio,montanis itineribus aſſuetus.
Eruditionis rudimenta maiora,quàm pro ætate:
Iam tunc de meridie præmonente crepuſculo.
Maturiùs Sol montibus illuceſcit.
Hauſtos deindè ſapientiæ latices,vberiùs in alios deriuauit;
Ne auditoribus inuideret hanc gloriam,
TVM
Deſtinatus Orator,
Auſtriaco Monarcha exorato,
Exonerato Caſinenſi ærario, quin imò onerato,
Lucifer ex Heſperia ad tuos oriris.
HINC
Inaudito rerum curſu aſcendiſti gloriæ verticem,
Commendante, & commoſtrante virtute.
Vix Senatorem Te vidimus, cum NouemVirum:
Vbi cęterorum ſors deſinit,tua incipit.
Placuit omnibus, omnibus profuturum.
Plauſit inuidia.
Præclara virtus, vel ab inuitis extorquet encomia.
Nihil tamen iñ Te fortuna mutauit.
At vndè mutaſſet?
Sapientiæ cubum fortunæ ſphera nec tangit. Sphera non tãgit planũ. Problema Philoſophicum.
Non faſtu ſuperbus, ac tumens,
Imperio in obſequij ſpeciem temperato,cordibus imperas,
Et hòc impetras magis:
Nemo plus impetrat à Libero,quàm qui ſeruire non cogit.
Amicos Tibi dicerem omnes,ni deeſſet æqualitas:
Demittis Te ad omnia familiaritatis officia,
Integra maieſtate:
Integra? an non aucta etiam maieſtate?
Creſcit,demiſſa ſponte, maieſtas.
Nullus Te timet.Omnes Te timent.Omnes Tibi timent,dum timent ſibi.
Viuis ergo ſecurus,
Gratijs, non ſecuribus, circumſeptus.

Digitized by Google

Munimentum tuum, non egere munimento.
Amor ſubditorum, ſumma ſecuritas.
Quàm admiranda lenitas tua, quàm ſuſpicienda clementia!
Tardè punis, ne iniquè punias:
Raró punis, ne ſæpè doleas.
Miti, blandaq; ſeueritate,
Cenſorem ipſe non timens, cenſuram exerces;
Mores tui pro cenſura ſunt.
Quid vigilantiam prædicem? quid indefeſſum laborem?
Nec otium caret negotio:
Et tamen inter ponderoſas rerum conſultationes, & conſilia turbida,
Serenus otiaris.
Quid efferam præconijs frugalitatem?
Cœna tuæ, non ambitioſa ferculorum lautitia,
Sed tua ſuauitate, tuis ſalibus condiuntur.
Auguſtinus, & Bernardus prębent vltimæ cœnæ munuſcula.
Quàm benignè ſtudia foues, prouocasq; dum faues!
Non inuides pręmium, cui debes opinionem.
Efficax, & robuſtum dicendi genus tuum,
Intima audientium præcordia depaſcitur:
Flumen illud dixeris, & fulmen eſt:
Dicant Proceres, dicant Reges.
Longior ſum?
Amoris hic ſemper error.
Sed cur mitto laudare Innocentiam, Pietatem, Religionem?
Parcamus pudori ſuo: Narrent annales.

Iam

IAm verò abſolutis vtcunque Caſinatum Præſulum Elogijs, Lectorem admonitum volo (quod ipſemet inter legendum fortaſſe animaduerterit) in tàm longa Abbatum ſerie (quæ mille, ac centum annorum decurſu , Caſini viguit) poſt Sanctiſſimum Patriarcham, neminem extitiſſe, qui Benedictum nomine referret: Cum tamen fuerint ſemper, ſintq; hodie in noſtris Cœnobijs, plurimi inter Monachos: inter Abbates verò non pauci hoc nomine: neq; priuatis ſodalibus ad conſequendas Præfecturas, vel Præfectis ad Caſinatem Magiſtratum, fraudi vnquam fuerit, Benedicti, vel alterius vocabulo fuiſſe inſignitos. Vetuſtiſſimo ſcilicet noſtræ Congregationis inſtituto, quæ ſuos alumnos (modo regimini cæteroquin idoneos arbitretur) honeſtiores gradus, & cuiuslibet Cœnobij gubernacula committit indiſcriminatim omnibus, nullius religioſa nominis obſeruatione, impedita. Quod ſi, vt hæc concurrant omnia; nemini tamen à primo Parente, ac Magiſtro qui Benedictus appellaretur Caſinas Magiſtratus obuenit: id verò planè admirandum eſt, ac non niſi occulto diuinæ prudentiæ conſilio adſcribendum: quæ hoc etiam honoris, ac reuerentiæ Sanctiſſimo Patri à filijs exibitum voluerit, vt nemo hactenus, qui Benedictus diceretur, Benedicti locum, ac Sedem vſurpauerit.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS

ABBATVM SACRI CASINATIS MONASTERII.

S.P. BEnedictus	Abbas j.	21
S.Conſtantinus	Abbas ij.	27
S.Simplicius primus	Abbas iij.	28
S. Vitalis	Abbas iv.	29
S. Bonitus	Abbas v.	30
S. Petronax	Abbas vi.	36
Optatus	Abbas vii.	41
Hemeris	Abbas viii.	41
Gratianus primus	Abbas ix.	42
Tomichis	Abbas x.	42
Poto	Abbas xi.	43
Theodemarus	Abbas xii.	44
Giſulfus	Abbas xiii.	46
S.Apollinaris	Abbas xiv.	47
S.Deusdedit	Abbas xv.	51
Hildericus	Abbas xvi.	53
Authpertus	Abbas.xvii.	53
Baſſatius	Abbas xviii.	54
Bertharius	Abbas xix.	57
Angelarius	Abbas xx.	63
Ragemprandus	Abbas xxi.	64

Leo

Leo	Abbas Xxii.	64
Ioannes	Abbas Xxxiii.	65
Adelpetrus	Abbas Xxiv.	66
Balduinus	Abbas Xxv.	66
Maielpotus	Abbas Xxvi.	67
Aligernus	Abbas Xxvii.	68
Manſo	Abbas Xxviii.	72
Ioannes ſecundus	Abbas Xxix.	75
Ioannes tertius	Abbas Xxx.	79
Athenulphus	Abbas Xxxi.	81
Theobaldus	Abbas Xxxii.	82
Baſilius	Abbas Xxxiii.	85
Richerius	Abbas Xxxiv.	86
Petrus primus	Abbas Xxxv.	89
Fridericus	Abbas Xxxvi.	91
Deſiderius primus }	Abbas Xxxvii.	94
B.Odoriſius	Abbas Xxxviii.	107
Otho	Abbas Xxxix.	111
S.Bruno	Abbas Xxxx.	112
Gerardus	Abbas Xxxxi.	118
Odoriſius ſecundns	Abbas Xxxxii.	119
Nicolaus	Abbas Xxxxiii.	120
Senioretus	Abbas Xxxxiv.	120
Rainaldus primus	Abbas Xxxxv.	122
Guibaldus	Abbas Xxxxvi.	123
Rainaldus ſecundus	Abbas Xxxxvii.	127
Theodinus	Abbas Xxxxviii.	130
Ægidius	Abbas Xxxxix.	131
Dominicus	Abbas L.	132
Petrus ſecundus	Abbas Lj.	132

Roſ-

Roffredus	Abbas Ljj.	133
Petrus tertius	Abbas Ljjj.	136
Adenulfus	Abbas Liv.	136
Stephanus primus	Abbas Lv.	138
Landulfus	Abbas Lvi.	139
Stephanus ſecundus	Abbas Lvii.	144
Richardus	Abbas Lviii.	145
Bernardus primus	Abbas Lix.	145
Thomas	Abbas Lx.	161
Pontius	Abbas Lxi.	162
Angelarius ſecundus	Abbas Lxii.	163
Bernardus ſecundus	Abbas Lxiii.	163
Bernardus tertius	Abbas Lxiv.	164
Galardus	Abbas Lxv.	164
Thomas ſecundus	Abbas Lxvi.	165
Marinus	Abbas Lxvii.	165
Iſuardus	Abbas Lxviii.	166
Raimundus Epiſcopus j.	Abbas Lxix.	167
Guido Epiſcopus ii.	Abbas Lxx.	168
Richerius jj.Epiſc. iii.	Abbas Lxxi.	169
Stephanus jjj. Epiſc. iv.	Abbas Lxxii.	170
Gulielmus Epiſcop. v.	Abbas Lxxiii.	170
Franciſcus Epiſcop.vi.	Abbas Lxxiv.	172
Fr. Angelus j. Epiſc.vii.	Abbas Lxxv.	172
Angelus jj.Epiſcop.viii.	Abbas Lxxvi.	174
Angelus jjj. Epiſcop.ix.	Abbas Lxxvii.	174
Vrbanus v. Pont. Max.	Abbas Lxxviii.	175
Bartholomæus	Abbas Lxxix.	179
Andreas primus	Abbas Lxxx.	180
Petrus quartus	Abbas Lxxxi.	181

Hen-

Henricus	Abbas Lxxxii.	190
Pyrrhus	Abbas Lxxxiii.	194
Antonius	Abbas Lxxxiv.	197
Ludouicus Cõmend. j.	Abbas Lxxxv.	198
Paulus jj. Pont. Max.	Abbas Lxxxvi.	201
Ioannes Commend. jj.	Abbas Lxxxvii.	202
Ioannes Cõmend. jv.	Abbas Lxxxviii.	205
Euſebius	Abbas Lxxxix.	209
Zacharias	Abbas Lxxxx.	213
Gratianus	Abbas Lxxxxi.	214
Ignatius primus	Abbas Lxxxxii.	215
Vincentius.	Abbas Lxxxxiii.	217
Theophilus	Abbas Lxxxxiv.	219
Ludouicus ſecundus	Abbas Lxxxxv.	220
Iuſtinus	Abbas Lxxxxvi.	220
Chriſoſtomus	Abbas Lxxxxvii.	221
Auguſtinus	Abbas Lxxxxviii.	225
Hieronymus primus	Abbas Lxxxxix.	227
Ignatius ſecundus	Abbas C.	227
Hieronymus ſecundus	Abbas Ci.	228
Hieronymus tertius	Abbas Cii.	229
Innocentius	Abbas Ciii.	230
Hieronymus tertius	Abbas Civ.	161
Iſidorus primus	Abbas Cv.	231
Ignatius tertius	Abbas Cvi.	232
Angelus quartus	Abbas Cvii.	233
Bernardus quartus	Abbas Cviii.	238
Matthias	Abbas Cix.	238
Hieronymus quartus	Abbas Cx.	239
Bernardus quintus	Abbas Cxi.	240

Deſiderius ſecundus	Abbas Cxii.	241
Ægidius	Abbas Cxiii.	242
Andreas	Abbas Cxiv.	243
Hieronymus quintus	Abbas Cxv.	243
Baſilius ſecundus	Abbas Cxvi.	245
Victorinus	Abbas Cxvii.	246
Zacharias ſecundus	Abbas Cxviii.	247
Ambroſius	Abbas Cxix.	248
Deſiderius tertius	Abbas Cxx.	248
Gregorius	Abbas Cxxi.	249
Paulus	Abbas Cxxii.	250
Honoratus	Abbas Cxxiii.	251
Iſidorius ſecundus	Abbas Cxxiv.	252
Paulus ſecundus	Abbas Cxxv.	252
Bernardinus	Abbas Cxxvi.	254
Simplicius ſecundus	Abbas Cxxvii.	255
Angelus v.	Abbas Cxxviii.	271
Paulus Camillus	Abbas Cxxviii.	271
Deſiderius	Abbas Cxxx.	275
Seuerinus	Abbas Cxxxi.	277

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

DOmicilium Caſinas, tàm multis abundat (præter ſuos Abbates) eximiæ Sanctitatis Heroibus; vt omnium Elogia contexere, omnem cuiuſuis excedat Oratoris facultatem: nullorum verò, nullam arguat erga ipſos, in eiuſdem inſtituti ſcriptore obſeruantiam. Perpaucos ſelegi de plurimis, quorum adumbratis virtutibus, meus hic liber illuſtraretur potius, atq; eniteſceret, quàm quos ego conſentaneis laudum præconijs exornarem. Hoc, tu, meum conſilium (Amice lector), & quidquid eſt ſuſcepti amplius laboris, boni conſules, & libenter amplectere: plura deinceps accepturus, ſi pauca hæc grata tibi, nec iniucunda accidiſſe cognouero. Vale.

Digitized by Google

SANCTA SCHOLASTICA.

EVproprium ex Aniciorum familia Nurſiæ Dynaſtam, Roma inter ſuos Proceres nō magis ſanguine,atq; opibus,quàm morum innocentia, & Chriſtianæ pietatis laude florentiſſimum recenſet.Hic ex Abundantia, nihilò inferiorisnobilitatis, ac virtutis Matrona, duobus tantum filijs, idq; vnico partu eſt auctus: BENEDICTO nimirùm, & SCHOLASTICA; quos Monaſtico in Ordine,tanquam Religioſo Cælo,gemina veluti ſydera,ſeù potius,Solis,ac Lunæ inſtar,latiſſimè collucentes aſpicimus, ac veneramur. Vterq; nobiliſſimæ ſtirpis diuturna propagatione, diuino mentis decreto contempta, innumerabiles filios Deo,ac Cælo fœcundiſſima ſobole progenuit.Scolaſtica fratris propoſiti,ac vitæ rationem in Caſinati tractu ſtudioſiſſimè imitata,conſtructo ad Plumbariolā Sacrarum Virginum Gyneceo,ad omnē illis virtutē, & Monaſticæ diſciplinæ magiſteriū præluxit: ſe ipſam, ac ſuas contubernales aſſiduò nobiliſſimarum virtutum vſu, & cæleſti contemplatione exercens. Ac nequa huic diuinæ Philoſophiæ ſtudio addictis, ingeſta per mutuas confabulationes cum propinquis, & affinibus,rerum terrenarum ſpecies,mentis tranquillitatem inquinaret, perturbaretuè, diligentiſſimè præcauebat: ablegatis in hunc finem procul à ſuo Parthenone, nō ſolùm profanis negotijs, omniq; rerum caducarum ſollicitudine,ac cura; ſed etiam colloquijs externorum, & ad Monaſterij ianuam acceſſu,citra ſummæ neceſſitatis euentum, peni-

tus

Digitized by Google

tus interdictis. Neq; verò à ſuis coſodalibus cùm in omni alio domeſtici moris vſu: tùm in hoc præſertim plus exigebat,quàm ipſa præſtare conſueuiſſet. Tametſi enim fratrē haberet notiſſima ſanctitate,& creberrimis miraculis celeberrimum, nec longo ab ſe interuallo diſtantem,& plures paſſim, eædemq; honeſtiſſimæ cauſæ ſuppeterēt, quas mutui cōgreſſus, & viſitationis frequētiæ honeſtiſſimè prætendere potuiſſet; tamen haud crebriùs,quàm ſemel quotannis, loco inter vtriuſq; habitationem æqualitèr fermè diſtante, Benedictum conueniebat: idq; ea tantùm gratia,vt de rebus ad animi cultum,cæleſtemq; patriam ſpectantibus,colloquia miſcerent; quo tempore maturæ ætatis, virtutiſq; comites vtrinq; non deerant,quibus ſanctiſſimi Fratres, dictorū, actionumq; omnium auritis teſtibus, atq; oculatis vterentur. Aliquando igitur ſuauiſſimè differentibus (vti conſueuerant)inter ſe,de cæleſtis Patriæ delicijs, ac felicitate;cum elapſo ſine ſenſu tempore, vergentem iam ad occaſum Solem Benedictus aſpexiſſet, regreſſum ad ſuos,ne Cœnobio proxima nocte excluderetur maturabat. Verùm Scholaſtica ſpiritualis collocutionis dulcedine vehementiùs illecta, fratrem enixiùs orare, atq; obteſtari,ne ſe gratiſſimo animi paſtu, tam citò deſtitutā vellet;pateretur q; pium,ac ſalutare colloquium, in ſequentis diei lucem produci. Sed enim in ſuſcepta diſcedendi ſententia obfirmatè perſiſtente Benedicto, & nocturnam extra Religioſa ſepta commorationem ſtrenuè excuſāte;Scholaſtica cōuerſis à fratre,ad Deum precibus, caput inter palmas declinauit, ſtatimq; à cæleſti Sponſo,quod exoptabat eſt aſſecuta;quippè momē-

te

to temporis eodē,& ceruicē è manibus erexit,& denſiſſimus imber in terras effuſus,Benedicto, ſpe reuerſionis præciſa neceſſitatē indixit, totā illā noctē cū ſorore per ſacras confabulationes traducendi. Auxit miraculi magnitudinem tempus, ante repentinam pluuiam, ſerenum adeò, vt, ne leuis quidem nubeculæ vmbra infuſcaretur. Tū verò Scholaſtica,modeſtè,ac leniter ſubridens,perbellè ad Benedictum: Nunc, inquit, diſcede,ſi lubet,meq; cum meis precibus neglecta,ad Cœnobium redi. Cui ille,perſpecto tàm euidenti prodigio: Parcat tibi Deus,ſoror, quid tibi in mentem venit, quo tecum longiores moras traherem, impetrata diuinitus pluuia eò me redactum velle,vt compellerer,longè à fratribus extra religioſum domicilium pernoctare? Ad quem rurſus illa,rogaui te,nec exaudiſti,rogaui Deum meū,& meis votis,vt vides,benigniſſimè eſt obſequutus. Igitur tota illa nocte cæleſtibus colloquijs vltrò,citròq;habitis abundè refecti,poſtridiè ad ſuum quiſq; Monaſterium diluculò remigrarunt. Ad vltimum decurſo vixdum triduo,ab eo ſermone,quem benè longum ſimul, ac poſtremum cū fratre habuerat, Scholaſtica è corporis carcere, ad Cæleſtem Patriā,ſponſiq; optatiſſimos amplexus euocata eſt,anno ætatis ſexageſimotertio ineunte. Benedictus ſororis animam in Columbæ ſpecie, ad ſuperos euolantem,è ſua cella conſpicatus, ſummis (vt par erat) gaudijs, ob immortalem eius felicitatem, ac gloriam exultās,eiuſdem ſpiritualis lætitiæ ſēſum alumnis ſuis,fortunatiſſimi obitus nuncio impartiuit. Miſſi extemplò, qui virgineum corpus ſacra pompa Caſinum perhonorificè deferrent. Allatum in eodem ſepulchro

chro tumulatum eſt, quò ſe Benedictus expleta mortalitate inferendum deſtinauerat:ne locorum interualla, mortuos ſeiungerent, quos viuentes amor, à natura inſitus,& admirabilis voluntatum, ſtudiorumq, ſimilitudo arctiſſimè deuinxerant. Caſinates geminum theſaurum longè pretioſiſſimum, geminos fratres ſe poſſidere anno iam ſuprà milleſimum, centeſimo immortaliter gaudent, ac triumphant.

SANCTVS PLACIDVS,

Monachus Caſinenſis,

ET NOSTRI INSTITVTI CLARISSIMVS.

Protomartyr,

NVllam ætatis imbecillitatem, ſubeundo Chriſti iugo, non idoneam: nullam, quauis ſplendida in domo, tantam eſſe poſſe deliciarum aſſuetudinẽ, quæ (modò erectus animus, & cõſtans virtutis propoſitũ nõ deſit) religioſi ſtatus diſciplinã non admittat: niſi aliũdè compertũ haberemus, illuſtre tamen Placidi Sanctiſſimi Martyris exemplum perdoceret. Septennis adhuc à Tertullo Patre, ſummæ nobilitatis, ac probitatis viro. Sublacum deductus, Benedicto, per ea tempora vitæ ſpiritualis eximio Præceptori, ad inſignem pietatem informandus committitur. Illa porrò ætatula, quæ parentum inter blanditias, & pueriles inter æqualium

luſus

Digitized by Google

luſus adoleſcere,& educari ſolet, ad ſeuerioris vitæ normam mira dexteritate compoſuit ſeſe, religioſis moribus,quibus accuratiſſimè inficiebatur,egregiè conbibitis.Hinc breui ciborum abſtinentiæ, humilitatis, obedientiæ, ac precationis laude clarus, in ipſo adoleſcentiæ flore ſuauiſſimos maturæ ſanctitatis fructus collegit. Tertullus filium apud Caſinum degentem, aliquot annis,quàm Deo in ſeruitutem tradiderat, reuiſens, luculentis prædijs, partim in agro Campano, partim in Sicilienſi poſitis,Monaſterium cumulata liberalitate affecerat; quæ poſtea D. Benedicto cauſa fuit, conflatam è ſuis alumnis cohortem Placido Duce in Siciliam dimittendi:cuius potiſſimum illuſtri probitate,atq; innocentia,proferendum Ordinem; præſentia verò, & authoritate, paternas poſſeſſiones facilè retentum iri exiſtimaret.

In Siciliam mittitur à D. Benedicto

Annos igitur duos, & viginti natus Siculam expeditionem cum ſuſcepiſſet,plurimis variè, grauiterq;: affectis,impartita ſanitate,totum iter ingenti prodigiorum multitudine nobilitauit.Meſſanam ſecunda nauigatione cũ ſocijs appulſus, Tertulli Patris amiciſſimoshomines obuiam habuit, à quibus perſpicua ſummi honoris, ac ſtudij ſignificatione exceptus eſt. Mox illato de conſtruendis Monachorum ædibus ſermone,placuit ad maris littus Cœnobium excitare. Itaq; fælicibus auſpicijs incœptum opus,cum intenſiſſima cura vrgeretur, quarto demùm anno faſtigium accepit. Quo ſimul tempore, ne latiùs ædificijs, quàm ſodalium multitudine promoueretur inſtitutum, haud pauci ad religioſi cœtus diſciplinam,& cõuictum ſeſe addiderunt. Interim eorum, quæ apud Siculos proſperè, ac mirabiliter à fratre gereban-

bantur lætiſſimis nuncijs erecti Eutitius, Victorinus, ac Flauia virgo, Romana ab Vrbe, vt ipsũ Placidũ inuiſant, præſenteſq; alloquantur, in Siciliam traijciunt. Vbi dum longiores moras apud germanum trahunt, & egregia pietatis documenta viciſſim captant, ac præbent ipſi: fortunatiſſima breuis æui iactura, vitæ immortalis vſuram adepti ſunt. Quippe Mamuca ingentis Barbarorum claſſis præfectus, exſceſione apud Meſſanam facta, cum populabũdus agros, ac villas infeſto milite percurreret, in Placidiano Cœnobio, impotentis animi rabiem effudit. Sacro cœtui diuinis laudibus perſoluendis intento, concubia nocte ſuperueniens, immiſſis in omnes ædium partes è ſuo comitatu ſicarijs, qui domeſticam ſuppellectilem diligenter conquiſitam aueherent, ipſe (vti erat, æque impius in Deum, atq; in homines truculentus) munus ſibi depopoſcit religioſiſſimos viros exagitãdi; grauiſſimis ſupplicijs, & ſæua nece intẽtata, niſi à Christõ, eiuſq; religione deſciſſerent. Verùm è ſacra familia omnibus ad vnum diſertiſſimè impietatem abnuentibus, Mamuca minaci edicto, atrociore ſcelere fidem facit. Nam Placidum, Eutitium, Victorinum, Flauiam, arctiore ſpiritus, quàm ſanguinis vinculo inter ſe conſtrictos fratres, & triginta inſuper Monachos diriſſimè excruciat, necatq; Martyrum corpora minutatim conciſa volucribus, feriſq; in eſcam proijciunt. Sed aliquot è ſocijs, qui ſe fuga ſubduxerant, decenti ſepulturæ mãdarunt. Res familiaris militum libidini, atq; auaritiæ ceſſit; Cœnobium ferro, flammaq; euerſum, deletumq; prorſus, vt Mamucæ in digreſſu perſuaderi potuerit: nullum olim religionis veſtigium eo in loco repertum-

Martyrio coronatur.

Cum fratribus ſorore & triginta Monachis.

iri,vbi enectis verè pietatis cultoribus,diſturbato domicilio,tot ipſe impietatis,ac ſeuitiæ veſtigia reliquiſſet. Verùm contra quàm nefarius pirata crediderat (aliò rem totam trahente Numine)euenit. Mamuca conſcenſa naui, dum in patrias ſedes opimis ſpolijs onuſtus, ac gaudens vela facit, vi fœdæ tempeſtatis iactata claſſis, diffractaq;, Ducem,milites,ac prædam vltricibus vndis abſumendos expoſuit. Placidus generosè,conſtantèrq; obita pro Chriſto morte,illud viciſſim immortalis gloriæ decus à Deo retulit, vt clariſſimum ſacri Martyrij titulum, primus in eam famliam inueheret, quam anteà ſanctiſſimis vitæ actionibus, illuſtrauerat. Sicilienſis ager fœcundo ſacratæ legionis cruore irrigatus, accepta religionis incommoda, lætiore impoſterum prouentu rependens, copioſiſſima ſemper Monachorum ſobole redundauit.

Mamuca cũ ſua claſſe naufragium facit.

SANCTVS MAVRVS ABBAS
Monachus Caſinas.

D. BENEDICTI RELIGIOSVM ORDINEM primus inuexit in Gallias.

EVtychius inter clariſſimos Romanorũ nõ Senatoria dignitate,quàm probatiſſimis moribus conſpectior,Mauro filio perpetuæ Numinis ſeruituti deuoto eadem, quà Tertullus, eximiæ pietatis gloria præcelluit. Annum agebat Maurus duodecimũ cum religiosã palęſtrã,Benedicto Duce,Placido com-

commilitone ingreſſus, huius proficiendi conatum, & alacritatem, illius ſtudia, & virtutem, totiuſq; vitæ diſciplinam, ſtrenuè æmulari, atq; effingere contendit. Ieiunij, & ínediè amantiſſimus, cùm aliàs ſemper parciſſimè victitabat, tùm Sacræ Quadrageſimæ tempore non niſi ſemel, aut iterum per hebdomadam cibum deguſtàbat veriùs, quam ſumebat. Erecto ferè corpore (niſi ſi præter modum defatigatus, ſtrato ſuper aggeſtum calcis, & ſabuli cilicio cubaret) captabat ſomnum. Diuinis rebus, & legendis, & commentandis, quò puriùs, attentiùſq; vacaret, nocturni temporis bonam partem addixerat. Nec vigilijs tantùm, ac ſobrietate, ſed rudi etiam, atq; aſpero veſtitu vehementiores carnis impetus compeſcuit. Obedientiæ virtus (cui intento ſtudio dabat operam) in eo, ad miraculum enituit. Nam Placidum vicini lacus abreptum flumine, dum Magiſtri iuſſu feſtinus perſequitur, parendi ardore prudenter incautus, ſuper aquas excurrit, donec præſenti diſcrimine ereptum infantem, calcatis impunè fluctibus ad terram attraxit. At verò cum firmiſſimis virtutum præſidijs ad immortalem ſanctitatis gloriam niteretur, & ſodalibus religioſæ vitæ ſpecimen præluceret; ab ipſomet Benedicto (cui admirationi erat) in partem oneris, & curarum adſcitus eſt. Cæteris igitur ſecundum Præceptorem, officio, ac dignitate prælatus, non modò ſubmiſſius ſe geſſit, ac ſanctiùs; ſed prudentiæ etiam, ac miræ in ſubditos dexteritatis laudem promeruit. Hæc inter, Cennomanorum Epiſcopus, inſigni virtute Antiſtes, miſſis Caſinū Oratoribus, aliquot eius familiæ alumnos ad propagandam Monachorum ſobolem in Galliam

enixè depoſcebat; Cuius æquiſſimis poſtulatis, cum ſibi parendum eſſe Benedictus exiſtimaſſet, Fauſtum, Conſtantinum, & Antonium, teſtata probitate Cœnobitas delegit, qui Moderatore, ac Præſide Mauro efflagitatum Ordinem in eas regiones deportarēt. Maurus in itinere ſanctiſſimis moribus Placido non inferior, miraculorum amplitudine, & copia ſimillimus, omnes, ad quos adijt, patratis prodigijs in ſui admirationem traduxit. Sub aduentum in Gallias triſti nuncio comperiunt Patres, Epiſcopum (cuius rogatu, accerſituq; eò contenderant) paulò antè diſceſſiſſe è viuis. Verùm non defuere, qui defuncti Præſulis religionem æmulati, Monachos aduenas ſingulari humanitate, omnibuſq; officijs exultos, hoſpitio ſuſciperent. Florus inter Francorum Proceres flagrantiſſima apud Regem gratia facilè princeps, religione apud Deum eximius, in ipſa adoleſcentia vxore orbatus, euangelicæ perfectionis deſiderio æſtuabat. Is ergo Maurum, ac ſocios auidiſſimè complexus, omnia illis abundè ſuppeditauit, quæ ipſorum vitæ rationi, atq; inſtituto conſentanea videbantur. Monaſterium in vno è ſuis prædijs magnifico ſumptu, atq; opera ædificauit; cùm religioſorum domicilijs, & Sacra Baſilica inſigne, tùm abundanti ſuppellectile, ampliſq; reditibus opulentum. Quin paulò poſt nobiliſſimi Cœnobij liberalitatem pretioſiore adhuc munere cumulauit; Bertholdo filio, quem vnum habebat, octo annorum infantem, diuinis obſequijs in religioſu ſtatu mancipato. Demùm Florus oblatis Deo fortunis, ac ſobole, locupletiſſimum ſe arbitratus, ſi profuſa in Chriſtum liberalitate ſe ipſum, ne dum ſua eidem traddidiſſet: volens, ac lubens Mo-

Florus Regis Francorum gratia inſignis, Maurum, & Socios excipit.

Bertoldum filium Diuinæ ſeruituti dicat.

Demum, & ipſe fit Monachus.

Monaſticæ vitæ exercitationi addixit ſeſe: cui poſtmodũ, cucullum induenti, cum Theobertus Rex interuenire voluiſſet, eidem proximè poſt S. Maurum præ gaudio, ac religione, manantibus vbertim lacrimis, capillum totondit; Regem ſubindè primores aulæ (qui frequentes conuenerant) in ſacra ceremonia imitati. Sub hæc Theodobertus perluſtratis, laudatiſq; ſingulis Cœnobij partibus, vnà cum Monachis in triclinio humaniſſimè diſcubuit. A prandio Regiæ facilitati, par quoq; munificentia, ac liberalitas adiecta. Bonorum, quæ florus Monaſterio contulerat donationem ſanxiſſe non contentus, ſacram Aedem pretioſis ex auro, gemmiſq; muneribus, pluribus Villis, magniſq; vectigalibus Cœnobium ditauit. Quorum largitionũ tabulæ ſtatim per ſcribam Regio iuſſu confectæ. Paucis interiectis annis Theobaldus cum paterno Imperio, animi quoq; propenſionem in Maurum, ac ſocios adeptus, eoſdem etiam eximijs honoribus, ac beneficijs percoluit. Demùm Clotarius rerum in Gallia, defuncto Theobaldo potitus, tutandis, ornandisq; noſtris hominibus egregiè cum ſuperiorũ Regum pietate, ac munificentia contendit. Iam verò Maurus premente ſenio, quò propius à morte, hoc immortalitatis deſiderio ardentiùs flagrans, in remotiorem Monaſterij locum ſe incluſit, ieiunijs, meditationibus, pſalmorum recitationi, diè, noctèq; inſiſtens. Quam vitæ rationem, cum biennium tenuiſſet, laterum dolore confectus ſeptuagenario maior ſanctiſſimè deceſſit. Ordinis ſui inſtitutum (quod primus in Gallias intulerat) admirabili vitæ innocentia, crebriſq; miraculis coruſcans mirabiliter auxit, ac propagauit. Trium verò

Rex cum Monachis in Triclinio cibũ ſumpſit.

Cœnobium liberaliſſimè ditat.

po-

potentiſſimorum Regum honorifico ad ſe aduentu, ſumma cum veneratione, & inſigni liberalitate cultus, incredibili diuitiarum, & pretioſæ ſuppellectilis abundantia communiuit. Fama tenet, multorum litteris, ac ſermone confirmata, Maurum (qui nihilo omninò pecuniæ in Franciam intulerat) ſub mortem, annuos reditus tam pingues ſuis Cœnobijs reliquiſſe, vt decies centena millia aureorum conficerent. Vſq; adeò inſignis Francorum pietas in germana noſtrum hominũ ſãctitate complectenda, & animos, & opes prodigioſè exprompſit.

GELASIVS II. PONTIFEX.

Monachus Caſinas.

MAgno prorſus in errore verſari eos, ac decipi, qui religioſæ vitæ cultores, tractãdis Reipublicæ muneribus impares, minuſq; idoneos autumant, Gelaſius è noſtris (vt alios omittam) euincit: qui è religioſa familia, vbi totam fermè ætatem contriuerat, ad ſummum Eccleſiæ Magiſtratum aſſumptus, ſingularis virtutis, ac ſapientiæ Pontificem ſe præſtitit. Caietæ nobili loco natus, exacta necdũ pueritia, nobiliſſimum ſeruitutis genus inter Caſinates Monachos profeſſus eſt. Ibi pietatis ſtudia cum literarum exercitatione coniungens, inſignem doctrinæ copiam ſermonis nitore, atq; elegantia (quod ea tempeſtate pro miraculo eſt habitum) exornauit. Quare ingenio, ac

Caietæ nobili loco natus fit Monachus Caſinas.

moribus

Digitized by Google

moribus nitens,ab Vrbano II. Cardinalis renunciatur. Ea dignitas homini impensè pio, ac probo,virtutis incitamentum fuit,non deſidiæ fomes,vel conſuetæ induſtriæ remiſſio. Mox Paſchali II.in Pontificatu ſucceſſor, memorandum religioſæ moderationis,ac patientiæ ſpecimen,& inſigne conſtantis animi documentum dedit. Siquidem inter ipſa comitia, quibus ad Eccleſiæ regimen ſummo Patrum conſenſu euectus eſt, cum à Cincio Francipanio, Henrici Imperatoris gratia, & opibus intèr Romanos præpollente, indigniſſimè vapulaſſet, obtorto collo in terram deiectus, & pedibus protritus, carceri mancipatur. Vndè à Romanis Proceribus extemplò in libertatem,ſupremumq; dignitatis locum reſtitutus, nihil tamen in Francipanium ſtatuit,quod tàm atrocis contumeliæ vindictam, vel tenuem ſaltem recordationem præſeferret. Cæterùm Vrbanos tumultus, Henrici furòr, atq; arma excepere; cuius repentino ad Vrbem aduentu,animo conſternatus Pontifex, Caietam occultè profugit: vbi demùm in Patria per Epiſcopos (qui frequentes cum adiacentium populorum regulis conuenerant) ſumma gratulatione, ac lætitia inauguratur.Capuam ſubindè commigrans in conuentu Antiſtitum(quos vndiq; conuocauerat) numeroſiſſimo,Henricum,& Gregorium Pſeudo Pontificem diro anathemate perculit; Cuius rei nuncio ita excanduit Imperator, vt Pontificiæ ditionis Oppida in Latio percurrens,tetro armorum tumultu,ac maleficijs omnia repleuerit. Verùm militaris apparatus fama, quē Gelaſius accitis Apuliæ, & Capuæ Dinaſtis, admirabili celeritate contraxerat,exterritus, iter in Germaniam conuertit. Sub hæc

Cardinalatu decoratur.

Pon-

Pontifex potentiſſimo Imperatore,qui ſe hoſtem apertè gerebat, fugato, priuati ciuis ſimulata reconciliatione deceptus,in fugam conijcitur. Vrbe ſi quidem, dimiſſo iam exercitu, inermis,ac nihil à quoquam periculi metuens repetita, cum ad amicos diuertiſſet,nihil propius eſt factum, quã vt à Francipanij factione iterùm captus, iterum daretur in carcerẽ. Imminenti verò diſcrimine, vix tepida fuga diſcuſſo, habita cum clientibus ſuis de ſumma rerum conſilia: quorum omnium hæc vna vox, & ſententia fuit; quandoquidem Romæ ab aduerſarijs ſecuritatem ſibi præſtare non poſſet, auſpicato Romanis Pontificibus itinere,proficiſceretur in Franciã. Quo probato conſilio, cum in Burgundiam deueniſſet, ad Cluniacenſe Cœnobium,ſanctitate,amplitudine,opibus inter Gallicana celeberrimum diuertit. Eodem tempore (ne à Chriſtiana re promouenda pro virili deſiſteret) Viennæ cõcilium habuit, ordinando Eccleſiæ ſtatui accomodatum, ac ſalutare. Cluniacum indè ad Monachos regrediens, peracuto laterum dolore ſæuiſſimè cruciatus,paulò poſt extinguitur. Cum in ſupremo honoris gradu vix annum ſolidum traduxiſſet, tùm multis calamitatibus, atq; incommodis redundantem; vt grauiſſimis curis, moleſtijſq; obſeptus Pontifex, interquieſcere,ac reſpirare numquam potuerit; ſuauiſſimo videlicet diuinæ benignitatis permiſſu, quò Gelaſij virtus, ac ſanctitas celſiſſimo in loco conſtituta(quoniam Chriſtiano orbi illuſtrãdo ad breue tempus deſtinata fuerat) perpetua ærumnarum ſerie, quaſi perenni ventorum flatu agitata, multò latiùs, nitidiùſq; ſplendoris ſui iubar explicaret.

In franciam proficiſcitur

Viennæ Cõciliũ habuit.

In Cluniacẽſi Monaſterio moritur.

S. Caro-

CAROLOMANNVS E REGE FRANCORVM

Monachus Caſinas.

AT verò Carolomannum multiplicis Regni contemptu religioſam nuditatem mercatum, quis tandem, vel ſatis admiretur, vel pro dignitate commendet? Iam indè à pueritia tacito naturæ inſtinctu, & domeſticæ virtutis exemplo militiam expetijt: tum firmiore ætate progreſſus in aciem, inſigni armorum vſu, ac prudentiæ laude præcellens, inuicti Ducis partes, ac munus egregiè ſuſtinuit. A Patris obitu, cum Auſtraſia illi Traſrhenanæq; gẽtes obueniſſent, & virtuti arridente fortuna, maiore deinceps Imperij, ac nominis ſpe, haud quaquam dubia niteretur: eo ipſo tempore à præcipiti Regiæ poteſtatis faſtigio, in tutum religioſæ humilitatis iter reuocatur. Verumenimuerò antequam Regni titulos, atq; inſignia deponeret, ſumptis armis Odilonem Boiariæ, Homoaldũ Aquitaniæ Principes, inita defectione tumultuantes cohibuit, & noua molientes Alemannos, & Saxones, vi, terroreq; illato repreſſit. Id verò ea mente, vt ſi diſcordias inter, armorumq; ſtrepitus imperium abdicaret, ne ſecretioris vitæ conſilium, naturæ timiditati obtendere videretur; & ſeculi contemptus, periculorum fuga credi poſſet. Ita cum labantem Francici Regni ſtatum conſilio pariter, ac bellica virtute firmaſſet; tùm de-

Tã late patens imperiũ dimiſit, vt olim duodecim Regibus ſuffecerit. Trithemius de origine Frãcorum.

mùm rebus ſecundiſſimis, integra ætate, ampliſſimo dominatu, multiſque victorijs clariſſimus, è ſplendido deliciarum ſinu, ad arctiorem Crucis complexum, & ignominiam properans, ſecretò arrepta fuga itineri ſe dedit, ac ſoractis latebras ingreſſus, leuiora ſecum certamina, & primas inijt cum inconſpicuo hoſte proluſiones. Verùm quotidianos Francorum concurſus gregatim illuc è via Flaminia diuertentium moleſtè ferens, loco ceſſit. Indè igitur Romam adiens, ab Zacharia cucullo inſignitus, ad Caſinas Cœnobium dirigitur, tutiorem videlicet ſolitudinem, & rigida monaſticæ diſciplinæ obſeruantia celeberrimam. Per iteratas ſummæ demiſſionis preces, patefacto ſibi in monaſterium aditu, ita ſe gerere inſtituit, vt ſeueriore legum cuſtodia cederet nemini, multos anteiret. Petronax ſodalitij per ea tēpora moderator, integer æquè, ac prudens, exploraturus Carolomanni patientiam, & quod afferret ad religioſam vitam propoſitum, recenti adhuc conuerſione, haurienda aqua, tergendis ollis, ac lancibus, cæteroq; vltimi ſeruitij munere occupauerat. Quæ quidem fuit duriorem Chriſti militiam ſedulò profitenti, egregia in primis maximèque opportuna nobilitandi tyrocinij occaſio; nam quandiù coquo operam dedit, eximia pietatis, & conſtantiæ ſignificatione luculenter oſtēdit, germanā ſeculi nobilitatē infimis clauſtri functionibus non ſordeſcere, ſed illuſtrari, & exhibitam in religioſo famulatu, vel obſcuriſſimis hominibus obediētiā, clariſſimis Regū imperijs, ac poteſtati præcellere. Nunquā anteà tanta vſus erat contētione, hoſtibus acie pro-

In ſoractis montis latebras ſe abdidit.

Ab Zaccharia Pontifice monaſtico habitu donatur.

Inter Caſinates admittitur.

Humilibus exercitijs eius virtus probatur.

profligandis, quantam ſibi ipſi vim intulit domeſtica coqui acerbitate perferenda. Nam ad labores,& ſeruilia opera, vt ſtudij, atq; alacritatis afferret plurimum, ſocij tamen voluntatem (hominis perdifficilis, inſigniterq; moroſi) perquam raró aſſequebatur, in iracundiam ſæpiſſimè incurrebat: Diuinæ nimirum prouidentiæ permiſſu, quæ per eam occaſionem ſerui ſui conſtantiam prodere, & illuſtriore corona munerari decreuerat;ad quam elaborandam, præceps adminiſtri furor, contumeliæ,ac verbera mirum in modum contulerunt: is enim aſperitatis, vſq; eò proceſſerat, vt mitiſſimi ſodalis offenſiculas grauioribus paſſim conuicijs inſectaretur,& per ſummam audaciam ſemel,iterum,ac tertiò, colaphis etiam vindicarit: nullum interim perturbatioris animi ſignum prçſeferente Dei famulo, & pro dira imprecatione alapas infligenti (cui de nomine ignotus erat)hoc tantũ reſpondente,Parcat Tibi Deus, & Carolomannus. Interim abiectiſſimis muneribus prõptè, atq; hilariter exercendis abſoluto tyrocinio, Abbas religionis candidatum Monachorum Collegio adſcripſit: quo facto eidem imperat (dum aliò per obedientiam euocetur)pauculas oues in rẽ Cœnobij curet, videatq; diligenter,ne ipſius deſidia,aliquid detrimẽti capiant, neuè numero imminuantur; ſi præ virtutis, ac dotum inopia, grauioribus muneribus ſuſtinendis ſodalitio vſui eſſe non poteſt,at in leuiſſimo nauiter ſe gerens,det operam, ne vſquequaq; ſit oneri. Itaq; Carolomannus chlamyde in attritam lacernam, ſceptro in pedum,imperio in ſeruitutem commutatis,& ex Rege factus opilio, quotidiè mane gregem educebat ad paſcua, veſperi reducebat

Quam patiẽter coqui acerbitatẽ, ac verbera pertulerit.

ad Caulas. In apertam ſolitudinem vbi deuentum erat, ouibus virentes herbas, horrenteſq; dumos attondentibus: Religioſus Paſtor alto illo ſilentio,& rerum pacatiſſima quiete, meditationi fauentibus, oculos erigebat in Cælum,& pſalmorum modulationi diuinarum rerum commentationem interſerens, animum ſupernis delicijs ſaginabat. Porrò autem quamuis ouium curationem obiret ſolus, & quæ procul ab arbitris agebat, nemini cuiquam perſpecta eſſent,ac explorata;Deo tamen cordi fuit,ſolidæ eius virtutis teſtatiſſima quædam indicia proferre in lucem. Inuigilabat aliquando de more ad gregis cuſtodiam in remotis locis; cum ecce tibi è latebris erumpentes ſicarij pecudes adoriuntur, & abigere occipiunt. Hic mitiſſimus Paſtor perditorum furori, atq; audaciæ obuiam factus, ad oues,inquit,quod attinet, perſuaſiſſimum mihi eſt nullam,me quidem permittente,ablatum iri;in me verò ſi quam vobis facultatem cōcesserit Deus, quò minus arbitratu veſtro exerceatis non recuſo. Quæ cum diceret,inermis licet,ac pannoſus contra facinoroſos,orationis tamen ardore, ac maieſtate vultus perfecit, vt laciniata veſte, qua tegebatur, contenti,ab ouium cæde,ac rapina temperarent. Mox vbi domum reuerſus, in Abbatis conſpectum ſe dedit, rei narrationem,ita vt erat,ſolo femoralium amictu præcintus, ſummo cum pudore, ac verecundia exequitur. Præſes quamuis altiſſimam Regij pectoris humilitatem tacitus demiraretur, nihilominus in præſens durioribus verbis increpitum ,ad conſueti muneris procurationem,diligentiùs obeundam remittit. Huic religioſæ moderationis præclaro ſanè documento, par illud

Inermis armatorum furorē repreſſit.

fuit,

fuit,atq; haud ſcio, an etiam illuſtriùs, quo eiuſdem inſignis ſui victoria, non ita multò poſt mirabiliter enituit. Carolomanno è paſcuis ouile repetenti fortè animaduerſum eſt,claudicantem ouiculam ægriùs adrepere ad gregem; cuius imbecillitati, cum grauiùs adeò dãnum metueret è via,ſi quidem accelerare cogeretur: ſin lento gradu ſubſequi pergeret, ne moræ,atq; impedimẽto ſibi eſſet ad reditum: ſtatuit pecude in humeros ſublata, quod reliquum erat itineris conficere: Ab hac verò inter eundum lotio vbertim perfuſus, eam fœditatem, ac ſordes ita cum ſtomacho, & nauſea auerſatus non eſt, exquiſitis olim munditijs, & ſplendidi cultus elegantiæ aſſuetus,vt nec præſenti onere ſe lauauerit, nec domi poſteà,vel leuiter conqueſtus ſit. Quare Petronax ſpectatam iàm ſatis, & abundè probatam hominis demiſſionem ratus, adeuntem ad ſe Carolomannum hilari vultu, & humanioribus verbis admittens, gratulatur profectũ, ſuadetq; vt propoſiti tenax in religioſo ſtatu maiores progreſſus quotidie impoſterum faciat. Poſtremò veluti emeritis iàm ſtipendijs militem durioribus militiæ oneribus liberat, iubetq; è pecudum cuſtodia ad vineæ culturam gradum facere. Nimirum hic honos eſt habitus, hæc requies conceſſa potentiſſimo olim Regi, diuturnis laboribus,& infimi muneris cura perfuncto. Scilicet aurea illa tempora decurrebant,cum Cœnobiorum Præſides regulæ ſeruantiſſimi, Ordinis diſciplinam indiſcriminatim ab omnibus ſartam tectam exigebant, nec qualiſquiſq; domi fuiſſet; ſed qualem inſtituti præcepta, & communis vitæ ratio poſtularet,præ oculis habebant: ne ſi indulgentiores nobilioribus, ſeueriores obſcurioribus, ſepræ-

Pecudem in humeros ſublatam ad Cœnobium defert.

Ad vineæ culturã gradum facit.

ſe præberent, arctior legum cuſtodia ſolueretur,ac paulatim peſſum iret. Dum igitur annis, ac ſanctitate prouectior Carolomannus, excolenda vinea ætatem degeret, rectè factis, & obedientiæ præſertim exercitamentis ſpectabilem, moderatoris ſui voluntati obſequutus in Franciam ſe retulit, vt Romani Pontificis animum (qui tum fortè in Gallia morabatur) Pipini fratris ope Longobardorum Regi conciliaret. Legatione prudenter, & ex fide obita, cum res impeditior videretur, quàm vt breui explicari poſſet, ex aula in religioſam domum ſe contulit, rei exitum commodè præſtolaturus. Vbi lethali morbo correptus, intra paucos dies exceſſit è vita. Pipinus ſacras exuuias, aureo incluſas loculo, Caſinum tranſmiſit, additis inſuper, quæ clariſſimi Regis munificentiam teſtarentur, & fraternam pietatem declararent, præclariſſimis opere, ac pretio muneribus; aurum ſcilicet, ac gemmas præteritæ nuditati rependente Deo, & ſummam omnium venerationem ſerui ſui virtutibus conciliante; vt quò in loco Regia ſublimitas infrà omnes ſe depreſſerat, efferretur in Cælum, & propoſita ob oculos abſolutæ virtutis imagine, Monachorum genus in omnem poſteritatem, vel erubeſcere ignauia cogeret, vel ad ſanctimoniam, his quaſi facibus inflammaret.

RA-

RACHISIVS LONGOBARDORVM REX

Monachus Caſinas.

CVm nulla ferè præclari cuiuſquam facinoris laus ſit, quam Italorum gens vetere inſtituto præ cæteris nationibus ardentiſſimè non adamet, ac verò etiam feliciſſimè aſſequatur; tertio anno, quàm Carolomannus Cœnobium inierat, Rachiſium Longobardorum Regem, vnà cum Theſia Coniuge, & Rathruda filia, cumulato pietatis exemplo Caſinum deſtinauit. E Foroiulienſi Ducatu, quem magna cum laude adminiſtrarat, rei Longobardicæ præfectus, nihil religione in Deum, æquitate in ſubditos, benignitate in omnes antiquius habuit. Sub ipſa Regni exordia pluribus templis, peramplæ poſſeſſiones dono datæ: Fœdus cum Romano Pontifice in viginti annos percuſſum: tùm procedente tempore ſublata maleficiorum impunitate, iure omnibus æquabiliter dicundo, legibus ſuperiorum Regum, è re nata explicandis, corrigendis, ſupplendis, totius Italiæ quieti, atq; otio inſigniter conſuluit; & hæc quidem per annos quatuor. Quintus (qui Regni poſtremus fuit) ſi belli clades aduerſas, parta prius decora nõ nihil infecit; ſi vitæ melioris conſilium, ac profeſſionem, longè reddidit illuſtriora. Quæ verò cauſa mitiſſimi ingenij Principem, nulla (quod quidem conſtet) iniuria laceſſitum, ad arma impulerit, annalium monumenta non produnt. Sunt, qui credant immoderata proferendi Regni cupiditate adactum (quo vitio ad Regni pernicem Longobardicæ

E foro Iuliẽſi Duce, Lõgobardorũ Rex.

Digitized by Google

bardicæ rei moderatores pleriq; omnes fædum in modum laborarunt)pacis artibus militiæ ſtudia prætuliſſe. Vt vt ſit.

Armis Pentapolim vexat.

Contracto de repente exercitu Rachiſius in Pentapolim ſe intulit,terrore,ac cædibus omnia permiſcens.Indè Romanam in ditionem progreſſus,Peruſiam acri obſidione premere inſtituit.

Peruſium obſidet.

Quo nuncio Zaccharias, ſpectatæ ſanctitatis, ac prudentiæ Pontifex, vehementer permotus, vt belli incommoda ſuo vnius incommodo faciliùs amoliretur, ad Rachiſium in caſtra ſe contulit, quem ſanctiſſimi muneris dignitate, ac rationum momentis, vt mitiora conſuleret facilè perſuaſum eò adduxit, vt incolumi regione, militem, ſoluta obſidione, Papiam reduceret.

Zachariæ Põtificis ſuaſu obſidionẽ ſoluit.

Poſtremo anno, cum Regis animum cupido ſubijſſet Romanum Antiſtitem,& inſigniores Vrbis Baſilicas inuiſendi, aſſumptis ſecum Theſia Coniuge, & Rathruda filia, honeſto in primis, ac frequenti aulæ, ac Regni nobiliorum comitatu ſtipatus,iter Romam intendit.

Romã proficiſcitur.

Vbi Zacchariam Pontificem ſimul atq; conſpicatus eſt,auguſtiſſima oris ſpecie,ſacroq;habitu reuerendum; tacita religione perfuſus,confeſtim (mirum dictu.) Clericum profiteri voluit, & paulò poſt vehementiore etiam pietatis flamma incaleſcens,regio cultu abdicato, Monaſticum ipſomet impertiente Zaccharia ſuſcepit.

Ab Zaccharia Monaſticis veſtibus donatur.

Quibus peractis,Romana aula (ipſo præſertim Pontifice) vniuerſaq; adeò Italia in ſummã admirationem traductis,& præ facti nouitate obſtupeſcentibus,Caſinum perrexit. Rege inter Monachos cooptato, Theſia, Rathrudaq; itineris, ac propoſiti comites,proximè montem ad Plumbariolam ædificato Cœnobio,inibi religioſam vitã ſeriò profeſſæ ſunt.

Apud Caſinum D. Benedicti Inſtitutum complectitur vna cum cõiuge, & filia.

ſunt. Porro Cæleſtis inſtituti legibus arctè adeo ſe diuinxit,tum viri,tum fœminarum inſignis pietas, vt par omnibus Sanctitatis fama,cultuſque expleto mortalitatis curſu obuenerit. Rachiſius quidem religione vix dum inita, agellum popoſcerat vitibus ſua manu conſerendum : quo facile impetrato,reliquum vitæ ſpatium in eius cultu exegit. Subigenda tellure, curandaque vinea, dum nullum tempus laboris vacuum ſibi daret, eam animi quietem, ac ſolatium perpetuò ſenſit, quæ delicijs olim, ac voluptatibus circumfluens, ne per interualla quidem deguſtauerat; ſimulque ligonis, ac ſarculi vſu illuſtrius nomen, certioremque gloriam adeptus eſt,quàm regalibus armis,tractandoque ſceptro priùs comparuerat; Nam erit fortaſſe, qui Regnum adblandientis fortunæ munus, vel ſtudioſi populi conceſſionem, quàm debitum Rachiſij virtutibus honorem eſſe malit, & partas bello victorias, partim militum audaciæ, partim hoſtium imbecillitati adſcribat; Verùm è ſublimi Regiæ fortunæ ſolio, religioſæ frugalitati obuiam itum, & intra anguſtæ vineæ cancellos immenſam animi cupiditatem coercuiſſe, quæ latè patentis Regni limites egreſſa, in omnes amplificandæ ditionis occaſiones inuigilarat;id verò eſt huiuſmodi,vt in eo omnes vnam Rachiſij pietatem perſpicuè dignoſcant,animi moderationem percelebrent, & Regij facinoris præſtantiam admirentur.

SANCTVS BERARDVS

E Monacho Caſinate Aprutinorum Epiſcopus.

QVod olim Plato in partem fęlicitatis prudenter numerabat, rectè ſapere, fęlices, ac beatos prædicare ſolitus, quibus in vltima etiam ſenectute illud contigiſſe t; hoc ipsũ Berardo à prima ætate diuinitus cõceſſum, in omni vita perpetuũ fuit, ac ſtabile. Verùm Chriſtiana Religione, ac ſapientia imbuti homines, Berardi fęlicitatem non inde potiſſimum metiũtur, quòd optimè ſenſerit: ſed quòd ea ipſa, quæ Deo authore, ac magiſtro maturè didicerat, opere, ac vita complexus ſit, nullamq; ætatis partẽ perfectæ virtutis actionibꝰ, officijſque expertẽ traduxerit. Ex Illuſtri Comitũ Pallæ aureæ familia, q̃ ex Marſorũ Comitibus ortũ repetit natus, ab egregia animi indole multò etiã illuſtrior, ludicris puerum ſtudijs ſubductum infantiæ tempus, ſerio pietatis cultui ſepoſuit. Inde vnà cum annis virtutum quoque adoleſcente progreſſu, Cœnobium Sancti Saluatoris Paterno in comitatu ſitum, multis ijſdemq; pinguibus latifundijs ditauit. Mox occultis incitamentis ad altiorem vitæ ſtatum impellenti ſe Deo, viamque ad Religionem præmonſtranti, promptiſſimo animo eſt obſequutus. Hinc Caſinum adiens conſtrictam religioſa obedientia ſeruitutem, ab omni caducarum rerum cupiditate ſolutus, ac liber exhibuit; ac deinceps propoſiti ſui non immemor, omnes proficiendi anſas (vndecunque, ſe offerrent) auidiſſimè occupabat. Inter Commilitones

vt alium alia virtute maxime ęmulari;moderatoribus ſuis, quæcũq; præciperet, maiora,minoraue,nõ ſecus, ac iubẽti Chriſto mira alacritate parere; de ſe porrò quã abiectiſſimè ſentire, & loqui, & quò erat ſpiritualibus bonis inſtructior,hòc ſe egentiorem,magiſque deſtitutum arbitrari.Ex quo animi ſenſu,atque inductione, ſanè religioſiſſima,incredibile eſt,quantum ad cæleſtes opes,vel tuendas, vel augendas prę ſidij acquireret.Hac euntem via magnis itineribus, curſuq; perfacili,ad maximarum virtutũ metã diuinæ bonitatis impulſus perduxit,Ætate iã, ac religione maturior, annuente Caſinate Pręfecto, ad Sancti Ioannis in Venere ſodalitium commigrauit, exactiſſimo monaſticæ diſciplinæ cultu per ea tempora inſigne. Vbi tametſi religioſæ ſolitudinis amantiſſimus, & publici, quàm qui maxime fugitans, vitam degeret, ab ſecularium conſuetudine remotiſſimam;illuſtri tamen virtutis ſplendore, ac fama proditus, apud exteras nationes, nedum apud oppidanos,& accolas,sũmo in honore eſt habitus.Hinc Aprutino Antiſtite ex humanis ſublato,primores ciuium,æquè ac vulgares, pari conſenſu Eccleſiam illam Berardo tradere, ac demandare conſtituunt; ac vt omnis tergiuerſationi, & fugę aditus occluderetur,Romani Pontificis decreto, ipſorum electione ſancita, Berardum nolentem, gementemq; è cœnobij humilitate, ad illud dignitatis faſtigium, ſacraſque infulas abripiunt. Porrò demandatę ſibi prouinciæ pręfecturam ſtrenuè adeo moderatus eſt; vt nulli dubium eſſet,quin latendi ſtudio, parendique cupiditate,nõ virtutis,ac prudentiæ inopia, id muneris repugnanter ſuſcepiſſet. Quarè,vbi Paſtorem animarum,ac Ducem conſtitutũ ſe à Deo reputans,ad onus laborioſiſſimum,vitam-

que ſuperiore multò perfectiorem vocatum, non ad animi remiſſionem,ac delicias intellexit;tùm verò omnes ingenii, atque induſtrię neruos in procuranda ſui gregis ſalute,& commodis intendit. Ac, quoniam Rectoris innocentia, atque integritas continendis in officio ſubditis,reuocandiſue ad ſobrietatem, ac temperantiam conducit plurimum:eximię ſanctitatis opinionem (qua priuatę vitę ſanctitate Aprutinorum animos imbuerat) clarioribus virtutum exemplis, maiorem in modum ſtabiliuit. Ergo animi,ac morum candore ſingulari,eximia pietate, charitate ardentiſſima præditus, omnes ſui muneris partes, ac numeros inſigniter expleuit. Calamitoſos omnes, atque afflictos,egenteſque, (quos filiorum loco paterna beneuolentia complectebatur) humanitate,conſilio, liberalitate, perpetuò erexit,ac fouit. Hæc inter Monaſticę diſciplinæ etiam in Epiſcopatu retinentiſſimus,accurati cœnobitę rigorem cum perfecti Antiſtitis ſollicitudine, ac vigilantia ad mortem vſque in defeſſo ſtudio copulauit:rè ipſa teſtatus, quanti demum eam viuendi formulam æſtimaret, quaq; diligentia in Monaſterio ante coluiſſet, cuius exercitationem vel inter aſſiduas grauiſſimi muneris occupationes numquam intermiſit.Quò grauius,ac turpius delinquere in religioſis ſeptis eos appareat, qui ſuſcepti inſtituti leges,nullius prętereaobligationis onere impediti,remiſſè, oſcitanterque cuſtodiunt, vel (quod adhuc deflendum magis) tędio,ac ſatietate ſuę conditionis affecti,vt immunes, ac ſui iuris nullo monitore, ac Præſide licentius viuant, honeſtè in ſpeciem elabendi è clauſtro aditus, ac rimulas omnes intentiſſimè obſeruant,& quacũq; data porta,ad ſeculi mores, ac libertatem relabuntur.

SAN-

SANCTVS MARCIVS.

QVæ à Beatiſſimo Patre Benedicto, ſuis Alumnis præſcriptæ ſunt Sanctiſſimæ Leges, omnibus, ſeu contemplatricis, ſeu actuoſæ vitę functionibus obeundis, mirifice deſeruiunt; vt immenſa Dei benignitas, quem omnium iuſtorum ſpiritu decorauit, eidem etiam ſingulari prærogatiua conceſsiſſe videatur, vt talem conderet, euulgaretque viuendi normam, quæ ceteras omnes ab Religioſorũ Ordinũ Authoribus promulgatas cõplecteretur, & perfectiſſimè reprçsẽtaret. Id ex eo pſpicuè cõſtiterit, quòd eius Religioſa familia per annos plus minus ſeptingẽtos, ea munera ſtrenuè, ac fæliciter per ſe fermè ſola in orbe Christiano exercuit, ſuorum Alumnorum exquiſita ſanctitate, ac ſapientia; quibus nunc adminiſtrandis reliquæ omnes ſodalitates, tam multiplices, tam variæ, tam frequentes, tam longè, lateque propagatæ, ac diffuſæ, partito inter sè labore, atque induſtria incumbunt. Hinc à noſtris hominibus culta ſolitudo, inhabitata cœnobia, frçquentatæ Vrbes, aperta Gymnaſia, inſtitutę Academię, nullę non liberalium artium diſciplinę, priuatim, ac publicè explicatę: doctiſsimorum voluminum infinita penè ſeries conſcripta; hinc iuuentus in Seminarijs, & Collegijs pietatem, ac literas ſtudioſiſſimè edocta: hinc habitæ conciones, explicata Cathecheſis, adminiſtrata Sacramenta: hinc cum Hæreticis coram, & ſcriptis decertatum: hinc Barbarorum nationes, & diſiunctiſsimæ prouinciæ perluſtratæ, Chriſtianæ legis cultu, maximis laboribus, & ærumnis vbique

abo-

abolita ſuperſtitione, & profuſi cruoris gurgitibus reſtincta; Quo fit, vt mirum videri non debeat, tam multos vnius eiuſdemque Inſtituti ſectatores, tàm variis, ac diuerſis itineribus ad religioſæ perfectionis culmen perueniſſe. Marcius quidē, cuius vitā, & egregia facinora, è D. Gregorio, breui, pro noſtro inſtituto, delibabimus, cū annos aliquot apud Caſinum religiosè poſuiſſet, D. Benedicti conceſſu in Marſicani Montis ſolitudinem ſe abdidit; quamuix dum ingreſſo fonticulus ſaxoſa è rupe mirabiliter proſilijt, aquarum non amplius, quàm quantum ſedandæ recentis incolæ ſiti ſufficeret, quotidiè ſufficiens. Marcius hac inſolita Numinis indulgentia, & benignitate inuitatus, precandi ſtudio, atque exercitationi totum ſe dedidit, cuius iucundiſſima oblectatione, loci horrorem, & prærupta ſaxa ad delicias vſque mitigabat. Neque interim Cacodæmon in exagitando Chriſti Athleta, cæleſtibus ſtudiis conſtanter inuigilante dormitauit: vt qui proſpiceret, quò tandem euaſura eſſet in ſuam perniciem præclara illa Marcii indoles: niſi maturè per fraudes, & conatus à propoſito remoueretur; ſed aduerſus ſtrenuiſſimum militem cum occultis inſidijs nihil proficeret, aſſumpta horribilis ſerpentis imagine aſpectabilem illi ſe præbuit, numquam ab eius conſortio, atque aſpectu diſcedens; interdiù (præſertim ſacræ contemplationi intento) aſsidebat ad latus: noctu ad quietem decumbenti pariter accubabat. Verùm Marcius ne ita quidem continuum orandi vſum aut intermiſit vnquam, aut remiſit: qua ſecuritate animi, ac fortitudine, actus in rabiem tartareus hoſtis, poſt ſolidi triennij inania terriculamenta, illuſum ſe, ac deſpectum conſpiciens, per deuexum montis latus præcipitem ſe de-

dit,

dit,arbuſtis omnibus, quæ obuiam habuit,fœdo incendio latè concrematis. Principiò Marcius ſolitudinem eo animi decreto inierat, vt numquam ab ea in reliquum vitæ tẽpus exiret: quod vt ſecurius è ſentẽtia procederet,ferrea catena ſaxo firmiſſimè infixa, alterum ſibi pedem deuinxit. Id Benedictus cum fama comperiſſet, miſit ad illum,qui diceret: *Si ſeruus Dei es, teneat tè catena Chriſti, non ferri*. Tum Marcius, ne Sacroſanctæ Obedientiæ leges infringeret,diſrupta compede libertati ſe reſtituit: incolumi tamen perpetuæ in ſpecu manſionis propoſito. Verùm, cum loci ſitus,in quo degebat, is eſſet, vt deſuper impendens vaſtiſſimæ molis ſaxum, vixque perexigua ſui parte rupi adhæreſcens, in ſingula momenta Marcio interitum ſubito caſu minaretur; Non defuere ſcilicet iuſtiſſimæ decedendi cauſæ, & priſtinæ deliberationis labefactãdæ occaſiones,metus repẽtinæ oppreſſionis,& piorum hominum quotidianæ, importunæque ad commigrandum ſupplicationes. Hos inter Muſcatus quidam, homo diues, & Marcij virtutum ſtudioſiſſimus cultor,illum aliquando adijt,enixè rogans,obteſtanſque, recederet tantiſper longius à cellula, donec operarum, quæ in promptu erant, miniſterio,prominẽs illa rupes,& præſentiſſimum impendentis necis periculum tolleretur. Roganti amico eatenus dumtaxat acquieuit,vt in remotiorem ſpeluncæ angulum reciperet ſe sè:vt diſcederet,exorari non potuit. Interim adnitentibus ruſticis excîſa moles, non in ſubiectam Anachoritæ domumculam (quò rectà ſuo pondere ferri debuerat)ſed ſaltu procul à ſpelunca ſe proripiens, aliorſum in præceps deuoluitur:omnibus qui aderant,miraculi magnitudine in ſummam admirationem traductis.Hæc vero

diſſe-

diſſeminata in vulgus, Marcij Sanctitatem, multò quam antea notiorem, atque illuſtriorem reddidere. Quamobrē multi ad eum frequenter adibant, non viſendi hominis ſolùm, & colendi religioſo ſtudio adducti: ſed eius etiam ſequendi ducatus, & imitandæ virtutis cupiditate; quorum æquiſſimis votis, ac poſtulatis, cum pia Marcij commiſeratio, & incenſa Charitas opitulari ſtatuiſſet, ad eius ſpelæum erectæ domus, & excitata cœnobiola; in quibus monaſticæ diſciplinæ cādidati, ex eiusdē præſcripto & formula, ad ſolidam virtutem gnauiter informabantur. Ita ad vitæ exitum, fremente incaſsum, & impugnante Diabolo, Vir Dei Marcius propoſiti ſui tenax, & voti compos euaſit. Quin etiam diuino illi munere conceſſum eſt, vt in eremi ſterilitate, plures Ieſu Chriſto, & Religioſæ perfectioni filios pepererit: quod multi perpetuis in varias regiones excurſibus, & aſſiduo concionandi vſu, priuatiſque adhortationibus minimè interdum cōſequuntur. Tantum vtilitatis, & commodi in rem communem confert, qui ab hominum conuictu diſiunctus priuatim viuit, Deo quàm maximè coniunctus: & vſque adeo vocale eſt, ac facundum ad virtutem perſuadendam, Religioſi hominis ſilentium: quando perſpectę ſanctitatis actionibus, atque exemplis roboratur.

SAN-

SANCTVS ANTONINVS ABBAS,

Monachus Caſinenſis.

INter illos, qui Lõgobardis immani odio, ac furore Caſinenſe Cœnobium vaſtantibus elapſi, ſalutem fuga quęſiuere, Antoninum recenſent hiſtorici. Hic reliquos ſocios iter Romam intendentes diuino conſilio (vti creditur) minimè ſecutus, ad Catellum Stabienſis Eccleſiæ Præſulem ſe contulit, cuius fama nominis, ac ſanctitatis longè, latèque per eos dies honeſtiſſima vagabatur: A quo ſingulari humanitate, ac beneuolentia acceptus, plures annos illius contubernio, ac familiaritate vſus eſt, cum ingenti ſanè vtriuſq; ſpirituali lucro, nec mediocri ſolidarum virtutum acceſſione. Quamobrem Antoninus ab Antiſtite ſumma virtute prædito diſceſſiſſet numquam: niſi honoris, & gloriæ, quæ ab hominibus impenditur, infenſiſſimus hoſtis, maiorẽ in dies cultum, ac reuerentiam, cùm ab ipſomet Epiſcopo, tùm ab alijs, qui Epiſcopi Aulam frequentabant, deferri ſibi conſpexiſſet. A Catello igitur, vrbiſque frequentia, & impenſis ſibi honoribus receſſit in remoti, editique montis faſtigium. Vbi ex arborum ramis excitato tuguriolo, precationi, vigilijs, inediæ, alijſque corporis afflictationibus perpetuò vacans, ſuperba Regum palatia, deliciaſque ſecurus deridebat potius, quàm inuidebat; algoris, pluuiæ, ventorumque inclementiam, atque aſperitatem vſque adeò non formidabat; vt in Chriſti gratiam, ſuiq; ipſius macerationem duriora

Tt ſem-

ſemper patiendi percupidus, illas etiam expeteret, ac reponeret in lucro. Verum hæc inter loci, Cælique incommoda degenti Antonino, præter altiſſimam animi tranquillitatem,immiſſa diuinitus ſolatia non defuere. Quin etiam Cæleſtium ciuium frequenti aſpectu, & conſortio, (Michaelis præſertim Archangeli crebra apparitione dignatus) liquidiſſimis voluptatibus, in illa ſolitudinis ariditate inundabat: Bonam diei,ac noctis partem orationi addictus in ſacello, exiguo quidem illo, ac rudi; ſed tamen eximiam pietatem ſpiranti; quod eidemmet Beatiſſimo Michaeli,ipſius admonitu inuitatus, ſumma religione dicauerat, exigebat in precibus. Sed Antonino ab hominum conuictu,aſpectuque longè diſiuncto, non licuit vitam,vti erat in votis,ad mortem vſque traducere,Nam Surrentinis importunè efflagitantibus non potuit ipſorum Vrbem, relicta montis ſolitudine non adire. Hanc tamen animi ægritudinem, ac moleſtiam magna ex parte imminuit,repertum in Vrbe ſui inſtituti,ac diſciplinæ Aſceterium,in quod ingreſſus,cœnobialis vitæ munia tanta alacritate,atque in induſtria repetijt;vt Cōmilitonum ſtrenuiſſimos caſtiſsimis moribus,& inuiolata D.Benedicti regulæ cuſtodia anteiret:non emeritæ militiæ Ducem ſe reputans,ſed tyronem,qui tunc religioſis in caſtris prima poneret rudimenta, toti ſodalitio cùm cæterarum virtutum omnium,tùm obedientiæ in primis,& abiectiora cœnobij munera promptiſsimè obeundi, religioſæ cuiuſdam auiditatis præbebat exempla. Et hęc quidem eius fuit priuatæ vitę in ſtatu,lōgè illi acceptiſsimo,conſuetus agēdi mos,ac ratio:donec Abbate Monaſterii vita functo, inuitus licet,ac reluctans,in eius locum, ac pręfecturam ſuf-

fectus

fectus eſt. Quo in munere tamen nihil prouectę ętati, & pręteritis laboribus, atque incōmodis defeſſę iam, & pęnè fatiſcenti, adeptę dignitatis intuitu indulgentię quidpiam, vel requietis conceſsit: ſed honos illi adauxit onus, non imminuit; cum probè vir ſapiens animo ſecum reputaret, qui regendis in clauſtro conſodalibus pręficitur, eum, ſi ſuas partes implere velit, non quieti, & commodis vacandi opportunitatem nanciſci, ſed grauiſsimum pondus ſeruiendi aliis, & perpetua ſollicitudine, curiſque refertum ſubire. Proin multò quàm antea conſueuerat, in communis diſciplinę, ſacrarumque legum obſeruantia exactior, ſubditis ad eadem audenda, præſtandaque aditum, ac viā ſuis ipſe actionibus ſternebat. Surrentinis verò, quandiu apud eos fuit, aſſiduis ad Deum precibus, ſanctiſſimæ vitæ exemplis, conſilis, prodigijs, cùm publicis, tùm priuatis in neceſſitatibus inſigniter proſpexit; nec in vita dūtaxat, ſed etiam a funere ſtudioſiſſimum ſe præſtitit eius vrbis Patronum, ac vindicem: tum præcipuè, cum Romoaldo Longobardorum Duci, qui Surrētinos arctiſſima cinctos obſidione in eas redegerat anguſtias, vt iam iam deditionem facere cogitarēt; per quietem viſus, inflictiſque illius dorſo verberibus, tantum formidinis, timoriſque incuſſerit, vt poſtridiè manè vaſis vix conclamatis, Surrento cum militaribus copijs, ſoluta de repentè obſidione, receſſerit. Cœterum Antonini nomen, ac ſanctitas frequentibus etiam num miraculis claret, ad eius ſepulchrum patratis, & peculiari quadam prærogatiua liberandi à malo genio infeſſos quotidiè celebratur.

SANCTI GVINIZO, ET IANVARIVS Monachi Caſinenſes.

SI qui fortè ſuperioribus ſæculis apud Caſinum ſolitudinis deſiderio tenerentur, licebat eis per ſuum Cœnobiarchã, in remotiorem quempiam Sacri Montis locum ſecedere, vbi ætatem degerent, vel ſibi ipſi, ac Deo tantum; vel certè, cum exigua commilitonum eiuſdem propoſiti manu traducere; Hinc non longe à primaria domo plura paſſim viſebantur ſparſa toto monte domicilia, illuſtres virtutum omnium, ac religioſæ perfectionis palæſtræ. Iſtuc ipſum ſeparatim à cæteris viuendi genus, cum Guinizoni, Ianuario, ac religioſiſſimis Monachis arriſiſſet, propè Albanetam, loco paulò editiori, firmam ſibi ſedem delegerunt. Guinizo annis, ac religione ſuperior, Inſtitutoris, Rectoriſque gerebat vices: Ianuarius Tyronis, ac diſcipuli munus diligenter obibat: vterque verò monaſticæ diſciplinæ ſtudioſiſſimus cultor, eximia morum probitate, ac miraculorum gloria emicuit. Horarum ſpatia in eo ſeceſſu ita diſtinguebant, vt rerum Cæleſtium commentatione, & pſalmorum cantu, maiorem, melioremque diei, ac noctis partem traducerent; reliquum tempus ſalutaribus colloquijs, & honeſto manuũ labore, hortuli præſertim cultura, vnde victus ipſorum ratio, ac frugales deliciæ potiſſimum pendebant, inſumerent. Accidit vero, vt Ianuarius Guinizonis iuſſu Aquinũ aliquando adiret, quò ferramenta longò vſu retuſa, de-

nuò

Digitized by Google

nuò inſtaurarentur: quo tempore exercendæ uirtutis, ſimulque parandæ ſibi celebritatis,ac gloriæ inſignem materiam eſt nactus. Nam ſarculo, ligone, cæteroque excolendæ terræ inſtrumento onuſtus, fabrum ferrarium conueniens, in ipſo officinæ ingreſſu, ut erat pleniore corpore,ac vultu,cachinnis, dicterijſque à nebulonibus (qui forte aderant) ipſoque adeò opifice ſcurriliter exſibillatur: egregium ſcilicet Anachoretam dictitantibus, qui tàm bellè in eremo cutim ſuam curare didicerit; vt inter abſtinentiæ,ac vigiliarum macerationem,& frigidæ potum: corpore tamen eſſet præpingui, ac vultu minimè pallido, ac macilento.Tum Ianuarius ſedatè,placidèque(vt ipſum decebat) vos, inquit, breui, vt ſpero, dignoſcetis, quibus ciborum lautitijs,& quàm generoſo falerno ſaginatus,hãc corporis totius craſſiorem habitudinem præmeferam. Hæc vix dum retulerat,cum forte candentis ferri laminã, quæ fabro intento operi ex incude in terram ceciderat, Ianuarius ſtatim accurrens, nuda manu ſublatam, cunctabundus ſuper incudem reponit, nullo doloris ſenzu, nullo in palma, vel minimo aduſtionis v eſtigio apparente.Hic enimuerò irriſores illi,& conuiciatores, dicterijs, & ſcommatibus in ſtuporem verſis, mirari inter ſe, obſtupeſcere,Ianuarij pedibus prouolui,quæ contemptim, petulanterque linguę intemperantia in ipſum effutierant, ignoſceret,enixè,ac ſuppliciter exorare. Illuſtri vtique ad profanos homines documento, ne religioſorum innocentiam, ac probitatem, ſola corporis externa ſpecie metiantur: neu ſolo vultus ſquallore, ac macie circumſcribant; cum multos in Cœnobijs, parſimonia, & ieiunium, nec paucos ex animo in corpus redundans lætitia, alios verò mo-

moderatus Sacri inſtituti labor,& quotidiana virium exercitatio longè vegetiores, viuidioreſque præſtent, quàm opipera conuiuia,deſidioſa quies,& perpetue vitæ laxioris deliciæ. Cæterum Ianuarius repetita domo, acriter à Guinizone corripitur,quòd perſtrictam vulgarium hominnũ dicacitate exiſtimationem tutatus, prodigioſa candentis ferri attrectatione, maximos de ſe plauſus, & præclaram ſanctitatis opinionem excitaſſet. Quibus ingenti cum admiratione auditis,Ianuarius humiliter ab eo percunctatur qua nam via, quóue monſtrante rem procul à ſe geſtam, quam mortalium nemo, illuc perferre potuerat, tam celeriter, ac diſtinctè intra domeſticos parietes incluſus cognouiſſet: Cui Guinizo, ille, inquit, qui miraculum vt patrares tibi indulſit,idem mihi præſtitit, ne patratum ignorarem. Vnde perſpicuum eſt, nihilo minorem fuiſſe Magiſtri,quàm diſcipuli ſanctitatem,neque paucioribus à Deo miraculorum ſignis nobilitatam. Cæterum multò adhuc plura, egregiaque omnis generis virtutum facinora, quæ ab vtroque edita non ambigimus, quæque ſolidæ pietatis ſtudia colẽtibus, magno vſui eſſent,ac adiumento, minimè laterent in tenebris, ſi præter Deum, & Cælites alium quempiam habuiſſent actionum ſuarum inſpecteram,ac teſtem.

SANCTVS

SANCTVS LIVCIVS,
Monachus Caſinas.

COmplures olim Caſinatis ſodalitij Patres Hieroſolymam Religionis adijſſe facilè conſtiterit, eiuſdem loci monumenta voluentibus. Manſone quidem Abbate tres eiuſdem Cœnobij Monachos eam peregrinationem ſuſcepiſſe compertum eſt, inter quos Liucium fuiſſe memorant ſumma integritate, & inuiolabilis ſacræ diſciplinæ obſeruantia Cœnobitam. Is igitur ſanctiſſima Vrbe perluſtrata, lociſque omnibus, quæ Chriſti Domini ortu,obitu,prædicatione miraculis venerationem habent, piè,diligenterque inſpectis; cum religioſo voto cumulatè ſatisfeciſſet,in Italiam regreſſus eſt. Ac primò quidem non longè à Salerno vitæ remotioris percupidus eãdemmet inſedit rupem, quã deinde Alferius, Cauenſis Cœnobij fundator ſanctiſſimus incoluit. Hic Liucius Guaimaris,Salerni Principis,ſummam erga ſe beneuolentiam, ac venerationem adeptus, eidem à ſacris confeſſionibus fuit, omniumque maximè gratioſus, ac familiaris. Verùm perturbationes, ac moleſtias ab aula pertæſus, haud multò poſt ab agro Salernitano Caſinum demigrans, annuente loci ſuperiore ad Albanetam, domicilium tranſtulit; quò paucis ante annis, cum vir pius,ac probus deueniſſet, arridente loco, deſtinuerat ætatem tranſigere, eamque ſacello in veteris, ac ſemirutæ ciſternæ ruinis exædificato, cum ambigeret,cuinam potiſſimum è Superis recentem ędiculam

ſacra-

ſacraret. Elegantiſſimus iuuenis humana ſpecie auguſtior, ante oculos ſe ſtitit,ac totū illud carmē,VENI ELECTA MEA ſuauiſſimè modulatus,ab aſpectu cōfeſtim ſubduxit ſeſe,haud obſcurè innuens,Cæli Reginæ cordi eſſe, illud ſibi ſacellum dicari, eius ſe loci Patronam eſſe velle, ac Præſidem. Hinc recens extructo ſacello,Sanctæ Mariæ de Albaneta nomen eſt factum. Liucius itaque ſtationem hanc ſuis votis conſentaneam nactus,mentem,& curas eò conuertit,vt ædificia laxaret,fanum picturis exornaret,& ſacra ſupellectile inſtrueret; quæ omnia facili negotio breui perfecit, Guaimario Salerni Regulo quicquid in eā rem à Liucio rogabatur, pari alacritate, ac munificentia ſuppeditante. Tum demum animo ad Religioſæ diſciplinæ ſtrenuos cultores aggregandos, adiecto; cum triginta circiter ſocijs, qui ſe illi adiunxere, vitæ rationem aggreſſus eſt è D. Benedicti ſanctiſſimis legibus, integerrimam,ac propè cæleſtem. Religioſo gregi,nomine preærat,cura,& ſollicitudine famulabatur; omni reiecto faſtu, Patris appellationem, ac partes, humanitate, ac beneuolentia vſurpabat. Ad labores, & ardua inſtituti miniſteria non præmittebat ſuos, ſed preæuntem ſe ſequi, & manus operi admouentem,imitari iubebat. Hac vna in re ſingularis,atque eximius eſſe voluit,vt abiectiores è domeſticis functionibus, difficilioreſque, primus obiret ipſe, diutius,frequentiuſq; exequeretur. Quarè illud in primis vltrò ſibi aſſumpſerat; vt ſeruorum more farinam cribro incerneret: qua vna, eademque opera, & alendæ familiæ, humilitatis exemplo,& operis ſedulitate intentus erat, & excernendi laborē, aſsidua ſpalmorum modulatione eleuans cauebat, ne mens Cæleſtibus chori delicijs aſſueta,

dum

dũ reficiendo corpori parabatur cibus,ipſa interim fame, atq; inedia langueſceret. Neq; plenũ iſtud laboris,ac dimiſſionis munus ad paucos dies exercuit Liucius, ſed cõplures annos ad obitum vſq; conſtanter, ac indefeſſè retinuit,nulla Rectoris dignitati,ac perſonæ,quã gerebat illata iniuria,nullã apud ſubditos exiſtimationis,& obſeruantiæ iacturã paſſus,quin inſigni potius vtriuſq; cũ fęnere,ac lucro;quippè Religioſi moderatoris authoritas,ac nomen, non humilitate,ſed ſuperbia decreſcit,nec vileſcit gradus ad abiectas functiones ſe dimittẽtis(vti perperã ſomniãt; qui ſuo muneri perniciosè indormiunt) ſed ſordidis alioqui,obſcuriſq;muneribus impẽſè honeſtatur,ac ſplẽdidiùs eniteſcit(vt prudenter ſentiunt, & experiũtur, qui tũ propriæ,tũ ſubditorũ ſaluti haud oſcitanter inuigilant)vti deniq;in Liucio videre licet,quẽ non modò longè beatiorẽ apud ſuperos,ſed multò ẽt illuſtriorẽ, ac celebriorẽ apud homines cõſpicimus, quòd infra alios humilitate ſe abiecerit,quã quòd alijs in regimine,ac magiſtratu præſederit.

Cæterum Albanetæ receſſus,ac ſolitudo fouendæ pietati, ac Muſarũ ſtudijs peridonea,multis ſubinde excellẽti probitate, ac doctrina hominibus, gratiſſimũ præbuit domiciliũ.Sæculo proximè ſuperiori(ne antiquiores cõmemorẽ) Io: Baptiſta Folengius Caſinatis Monaſterij Alũnus,liberaliũ artiũ, ac vitæ integritate nõ ignobilis,ſuos in Dauidica carmina cõmentarios apud Albanetã elucubrauit. Ibidẽ Io: Euangeliſta Mormilius Folengio ſuppar,& loci eiuſdẽ,atq; inſtituti ſodalis,ingens,ac per eruditũ volumẽ conſcripſit,ſacrarũ concionũ,quæ in Caſinenſi Bibliotheca viſuntur,typis necdũ euulgatæ.Ibi deniq;Ignatius Loyola Diuinus planè vir,& vbiq; gentiũ eximiæ ſanctitatis fama, & Societatis Ieſu immortalis gloriæ fundatione

clariſſimus,aliquot dies,aſſiduo precandi ſtudio, & ſacræ lectioni impensè vacans,ſumma cum animi tranquillitate,voluptate,ac fructu traduxit.

THESIA, ET RATHRVDA RACHISII
Longobardorum Regis Vxor, ac Filia.

QVantum in domeſticis exẽplis,præſidij, ac virtutis, ne dicam violentiæ inſit, ad animos in vtramq; partem permouẽdos,nemo ferè non intelligit;vtinam verò plures ex vſu ſuo, pauciores ſuo periculo experirentur quotidiè. Iſtuc ipſum, probatione,ac teſtibus,ſi egeret,Theſia,& Rathruda nobiliſſimarũ mulierum par ſatis,ſuperq;re ipſa comprobarent,quæ Rachiſiũ vnius Maritũ,alterius Parentẽ ſecutæ, Monaſticæ vitæ ſeipſas apud Caſinũ manciparunt. Italis omnibus rariſſimi,ac penè antea inauditi facinoris generoſitatẽ,atq; præſtãtiam incredibili admiratione celebrãtibus,ſola interim obmuteſcẽte ambitione, atq; ignominioſo pudore ſuffuſa,cuius machinamenta,conatus,ac labores omnes in ſpecioſum quempiam titulum anxiùs feruntur, & collimant; cum videret ab virili fortitudine mulieribus Regij nominis inſignia,ſplendorẽq;ampliſſimũ magnanimo cõtemptu abijci,ac proculcari. Cæterũ per id tempus ad Caſinatis domicilij curã vigilãtiſſimè excubabat Petronax Brixianus antiquę probitatis, & ſingularis prudentię Antiſtes.Is venientẽ ad ſe Regiũ hunc manipulũ,obuijs vulnis lętanter excepit,ratus cęleſtis inſtituti diſciplinã(quam ſummis viribus, & ſecundiſſimo euẽtu inſtaurabat) tàm inſigni acceſſione poſſe non mediocriter promoueri,ac ſtabiliri. Neq; optimũ ſenẽ,ſua

ſpes,

ſpes,atq; opinio fefellit,breui multis alijs Principibus viris ad eiuſdem regulæ normam,profitendam,Longobardicæ Regiæ, ſimulq; Carolomanni Francorum Regis, (qui triennio ante Caſini Monachum induerat) admirando exemplo,ſingulariq; virtute attractis. Quare Petronax Rachiſio excolendæ vineæ curam,eius probandi ſpiritus,atq; humilitatis gratia demādat: Theſiam,ac Rathrudam, Parthenone,haud procul à Caſinati Monte conſtructo,inculſas, ad perfectæ virtutis formam accuratiſſimè inſtituit.Inter cætera verò tentamenta, quibus ſuorũ in parendo alacritatẽ,& inſigniores in religioſæ diſciplina progreſſiones periclitabatur (nobiliorũ præſertim)primũ locũ ijs functionibus aſſignauerat, quæ ſubblimiores ſpiritus retundunt, inſitis a natura propenſionibus maximè aduerſantur, & ſui contemptum, & deſpicientiam non præſeferunt ſolùm,ſed faciliùs ẽt ingenerant. Hinc Theſiam,Rathrudamq; vidiſſes domum verrere,tergere ollas,ac lances,ſeruire omnibus,& abiectiſſimis quibuſq; miniſterijs promptiſſimè defungi.Certamen illis erat cum ſanctimonialium probatiſſimis de accuratiore legum cuſtodia, de ſedulitate in laborando, de præripiendis vilioribus exercitijs,de ſui neglectu, de humilitate, de taciturnitate, de obedientia, nec vllo poterant grauiori dolore affici, quàm ſi inter collegas ab vna quapiam inferiùs ſe dimittente,ſuperari contigiſſet. Non enim virtutis dumtaxat,& meritorum iacturam ſe facere: ſed exiſtimationis etiam damnum pati prudenter arbitrabantur,ac probro ſibi ducebant,ſi quas Natalium ſplendore, ſeculiq; gloria, tanto interuallo præibant, non eaſdem etiam cùm alijs religioſæ vitæ ornamentis,

tùm humilitatis præſertim, atq; obedientiæ inſignibus præcellerent. Quo in genere contentionis,ſanè honeſtiſſimo,ac laudatiſſimo,vtriuſq; ſedulitas, atq; induſtria, eò vſq; progreſſa eſt,vt ardenter optatam ſimul, & laborioſè quæſitam in religioſa palæſtra palmam, ac triumphum retulerit: & ſi enim ea tempeſtate ſacri inſtituti cultus, & omnium virtutum exercitatio ad Plumbariolam(vbi degebant)vigebat maximè:tamen non aliorum magis inter ſanctimoniales, quam Theſiæ,ac Rathrudæ, (vti accepimus,)nobilitata eſt virtus,& ſanctitas,quibus noſtri Ordinis ſcriptores Beatarum mentium fælicitatem, ac gloriam contigiſſe communiter tradidere. Viderint alij hac in re quid ſtatuant: ego vti Theſiæ, ac Rathrudæ ſanctitatis initia,Rachiſij præclaro facinori, & exemplo facilè aſſignauerim:ſic progreſſum,ac perfectionem ſeueriori Petronacis diſciplinæ potiſſimum adſcribo. Nam cum plurimorum quotidiè præclara indoles ſacris familijs promptiſſimè ſe adiungat, immenſo quodam parandæ virtutis,ac ſanctimoniæ ſtudio incenſa; eandem tamen languida moderatorum inſtitutione frigeſcere paulatim,ac demũ deficere,& extingui, vel certè optima illa ſpe decidere,& generoſis decretis, quæ in Clauſtrum attulerat,miſerandum in modum fruſtrari, vtinam minus ſæpè videremus, ac dolentes experiremur.

SAN-

SANCTVS RANDISIVS.

Monachus Caſinas.

SAnctus Randiſius Borrellæ familiæ decus, atq; ornamentum ſingulare, Marſorum Comitum ſtirpi, vndè illa deriuatur, omnium primus ſanctitatis adiecit ſplendorem. Borrellus Petræ abundantis Comes, Randiſij digniſſimus Parens, verum ſe, ac legitimum heredem teſtatus eſt, tùm eximiæ illius pietatis, qua prædicti Comites SS. Patriarcham Benedictum percoluere; tùm munificentiæ, qua Caſinates Monachos ampliſſimis donationibus ſunt proſecuti; quando Monaſterij S. Petri de Auellana à patre ſuo, atq; cognomine ædificati, & vna cum quinquemillibus terræ modijs D. Dominico Sorano donati, fortunas, duodecim Pagarum oblatione, Regio potiùs, quàm priuati Magnatis animo, ac liberalitate, reddidit auctiores. Verùm enim verò Randiſius Sodalitium Caſinas munere multò maiore, ſeù pretium, ſeù dignitatem ſpectes, affecit, cum ipſum in illud ſe tradidit, ſacrum D. Benedicti inſtitutum complexus. Vbi cum totius religioſæ perfectionis, ac ſanctimoniæ firmiſſimam baſim non aliam eſſe, quàm germanam ſui ipſius depreſſionem, & contemptum accepiſſet, vltimas Cœnobij functiones, tanto animi ardore affectauit, tanta ſectatus eſt, obiuitq; alacritate, quanto ſtudio, & conatu non pauci eaſdem obhorrentes, quàm longiſſimè poſſunt, euitant. Quamobrem operam ſuam abrectiſſimis ſimul, ac laborioſis Priſtini miniſterijs addixit: idq; non perfunctoriè,

nec

nec ad paucos dies, menſeſuè; ſed ad annos omninò triginta; quoad nimirùm contracta ex aſſiduis incommodis hydropiſi, fractis quidem viribus, ſed animo infracto, & cõſtãti, ſuo muneri (vti optauerat) optauerat, feliciter immortuus eſt. Quo tẽpore Præpotens Deus, humiliũ celſitudo, dignata eſt luculẽta ſignificatione palã teſtari, quã honeſto loco, ac ſublimi apud ſe foret is, qui infrà omnes ſe ipſũ deprimens, omniũ oculis, maximè abiectus, ac deſpicabilis videri contentederat: Stephano Prothomartyre cũ innumerabili beatorum ſpirituum cohorte ad eius animam in Cælum deducendam delegato. Et verò par erat clariſſimum Martyrum Principem, & Anteſignanum id muneris demandari, quando Randiſius perpetua ſui corporis afflictatione beatiſſimos Martyres æmulatus, longum duxerat in religioſa vita Martyrium.

PAVLVS DIACONVS

Eccleſiæ Aquileienſis Monachus Caſinas.

TAm graues ſunt, tamq; in oculis quotidiani Aulicorum caſus, vt quilibet illud vitæ inſtitutum, prudenter alieno malo declinare, quam periculo ſuo experiri mallet: niſi metu potentior ambitio, quorum animos ſemel imbuit, mentis quoq; aciem offuſis tenebris impediret. In eorum igitur numerum, ac ſocietatem, qui arctiſſimæ ſeruitutis ſpecioſas compedes vltrò induunt, Paulum quoq; iam indè ab adoleſcentia, par honorum ſpes, & cupiditas coniecit. Principio Deſiderij

derij Longobardorum Regis Aulam ingreſſus, liberalium artium inſigni commendatione in intimam eius familiaritatem irrepit: à quo perhonorificum Regia geſta literis conſignandi munus retulit, & Aquileienſis Eccleſiæ Diaconatu, herilis beneuolentiæ præmio donatus eſt. Hinc Paulo Diaconi cognomen, ab adepta dignitate inditum, perpetuò adhæſit. Mox inclinante Deſiderij fortuna, & quotidiè in deterius prolabente, Paulus tamen in eodem fidei, & obſeruantiæ veſtigio erga Principem de ſe optimè meritum, conſtantiſſimè perdurauit. Nam Italici Regni dominatu, ac libertate à Carolo Magno exutum, libenti, ac prompto animo captiuum in Gallias eſt proſecutus. Vbi politioris doctrinæ ſtudijs, & ingenij dexteritate, conciliato ſibi Caroli fauore, ac gratia, nunquam tamen in animum induxit, conclamatis Deſiderij rebus, ampliſſimas Galli opes, & efflorescentem gloriam anteferre; tametſi fortuna inſtituti ſui non immemor (quæ Aulicorũ maximam partem, in ſyrtes, ac ſcopulos, tùm maximè impellit, cum proſpero adſpirans flatu, ad expetitos honores, & ſumma votorum promouere ſe ſimulat) Paulo ad honeſtiſſimos gradus, & inſignem duorum Regum beneuolentiam diutiùs velificata: eundem ſubitò reflatu deſtituens, cum manifeſto exiſtimationis, ac vitæ diſcrimine ab vtriuſq; Regis aſpectu, & cõſuetudine inhumaniter diuellit: ſiquidem Inuidorũ fraude, & calumnia, maieſtatis eo nomine poſtulatus, quòd Deſiderium aſſerendi in libertatem ſtudio, necem per inſidias Carolo molitus eſſet, Iudicũ ſententia, exilio multatus, in Diomedis Inſulam deportatur (ne grauiùs in eum animaduerterent ipſomet Carolo prohibente) qua

in

in latebra,cum aliquot annos vitam in moerore,atq; ærũnis traduxiſſet,demum cuſtodis ſui ope,ac beneficio elapſus,Salernum ex fuga ſe contulit. Vbi apud Arichium DeſiderijGenerum,& Adelbergam Filiam,Salerni Principes,ſummis honoribus cultus biennium commoratur; quo ipſo tempore fortunæ inconſtantiam, fallaces mortalium ſpes,irritos vitæ ſuperioris conatus, ac labores, adita pericula,toleratas ærumnas, &(quod caput eſt)præſens æternæ ſalutis diſcrimen, & ancipitem aleam attentè ſecum, ac feriò contemplatus prudenter, conſtituit, multam ſalutem aulæ ſimul, ac ſeculo dicere; id autem quò expeditiùs,ſecuriùſq; ſuccederet(defunĉto commodùm Arichi) Caſinas Cœnobium celebri ſanĉtitatis fama notiſſimum petijt. Vbi cucullum induens, matura iam ætate,longoq; rerum vſu, ac peritia grauis, omnes curas, cogitationeſq; eò conuertit; vt Clauſtri diſciplinam,& Patrum decrea tſtudioſè,diligenterq; obſeruans, re,ac faĉtis, dignum ſanĉtiſſimi inſtituti alumnum ſe præberet. At vbi primum Carolus recens Pauli conſilium,& ſuſceptæ vitæ rationem cognouit,de ſalute chariſſimi capitis mirificè lætatus, teneri non potuit, quin eidem literis methro exaratis,arreptæ diſciplinæ, lociq; ſanĉtitatem,atq; otium gratularetur. Quarum mihi literarum partem hoc loco inſerere viſum eſt, vt clariſſimi Imperatoris in eruditos homines eximia facilitas, & de Caſinatis Congregationis ſanĉtitate præclara exiſtimatio,euidentiùs internoſcatur. Eſt autem huiuſmodi.

Hinc celer egrediens,celeri mea carta volatu
Per ſyluas,& colles,valles quoque perpete curſu,
Alma Deo chari Benedicti tecta require;

Eſt

Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc.
Hic olus hoſpitibus,piſcis,hic panis abundat,
Pax pia, mens humilis,pulchra,& cõcordia fratrum.
Laus,amor,& cultus Chriſti ſimul omnibus horis.
Dic Patri,& ſocijs cunctis,ſaluete,valete.
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benignè,
Dicito multoties,ſalue Pater optime,ſalue.

Si cuiuſpiam delicatioris palatum inſuauior ſtylus, & vulgaris carminis humilitas offenderit, præterquam, quod rudioris ſeculi veriùs, quàm nobiliſſimi Poetæ id vitium fuit: licebit è Caroli moribus tantum ſuauitatis,& elegantiæ deſumere, quantum ad omnes omnium Poetarum verſus condiendos abundè ſufficiat; nec iure quiſquam eius orationis humilitatem reprehænderit, quam Regiæ Maieſtatis ſingularis humanitas, vſq; adeò attollit,& commendat. Cæterùm Paulus acceptis literis, & ſuo,& fratrum nomine reſpondens,pro effuſa in ipſos Regiæ voluntatis ſignificatione, grates quàm diligentiſſimè perſoluit. Neq;hic ſalutãdi inter ipſos & ſcribendi finis;ſed ſuauiſſimæ in poſterum amicitiæ, ſermoniſq; per epiſtolas frequens communicatio interceſſit. Longobardorum hyſtoriæ, (quibus ſuæ gentis res geſtas exequutus eſt) in manibus ſunt,doctiorum vſu, ac iudicio inſigniter commendatæ: Appendix item ad Eutropium duobus libris contenta (quam Aldebergæ rogatu elucubrarat)& legentibus conducit,& Scriptoris eruditionem abundè teſtatur. Et hæc quidem Paulus in ſeculo, & ſoluta oratione;nam ab religionis ingreſſu, cum multam pro vitæ inſtituto, cum ſacris muſis rationẽ habuiſſet, earum afflatus ſpiritu, Diuorum aliquot egregia fa-

cinora, & laudes luculentis verſibus celebrauit. Quo in genere carmen in D.Io.Baptiſtam Tutelarem ſuũ maximè excellit:cuius pietate, ac numeris Romana Eccleſia delectata, anniuerſarijs Sanctiſſimi Præcurſoris celebritatibus toto Orbi Chriſtiano recitandum propoſuit,eſtq; inter ſacratos hymnos elegãtia,& venuſtate facilè princeps. Aliæ præterea eiuſdẽ Pauli ſcriptiones recenſentur ſanè multæ, quarùm bona pars tẽporum iniurias experta interijt; reliquæ necdum prælo ſubiectæ Caſinatem Bibliothecam exornant. Deniq; ille idem Paulus,qui antea in ſeculo egregia licet eruditione inſignis, & apud clariſſimos Reges apprimè gratioſus,aduerſæ tamen fortunæ impetu,& aulicorum inſidijs iactatus ab aula in exilium eiectus fuerat,cum deinceps ſalubriori cõſilio procul à negotijs,& tumultibus,Dei ſeruitutem aliquot annos in Clauſtro, maxima cum animi tranquillitate, ac fructu ſeruijſſet,vitæ curriculum,nedum placidè,ac laudabiliter,ſed illuſtri etiam virtutis,ac ſanctitatis opinione apud Caſinum terminauit.

CONSTANTINVS AFER

Monachus Caſinas.

INſitum homini à natura diſcendi cupiditatem nullis coerceri finibus,nulla rerum cognitione (quantumuis exquiſita) ſedari poſſe. Conſtantinus inter omnes ſuæ ætatis longè doctiſſimus, diuturno vſu,atq; experientia intellexit. Carthagine

Digitized by Google

gine in Patria philoſophiæ ſtudijs egregiè imbutus,cum exterarum gentium mores, ac diſciplinas cognoſcere percuperet, Platonē,aliosq; celeberrimi nominis Philoſophos imitatus, longiſſimas peregrinationes ſuſcepit. Ac primum Babylonem veniens, tandiù illic ſubſtitit, quoad ab ipſis Grammatices rudimentis facto initio,cæteras,Caldeorum,Arabum,Perſarum,ac Saracenorum facultates omnes comprehenderet. Tum ad Indos redintegrato diſcendi ardore profectus,in illorum etiam artes,ac ſtudia pari alacritate incubuit. Mox Indicis diſciplinis, quàm opibus locupletior, in Æthiopiam contendit,non aliam itineris, laborumq; mercedem, quàm ingenij culturam, & abditarum rerum cognitionem perquirens. Hic Aethiopicis diſciplinis diù, fæliciterq; nauata opera,decreuit adire Aegyptum,eiuſq; gentis recōditas artes, & inuolutam compendioſis notis ſcribendi rationem inueſtigare,ac perſcrutari. Nullis igitur periculis, nullo labore perterritus ad Aegiptios penetrans, quod animo deſtinauerat, pertinacis ſtudij contentione eſt aſſecutus. Ita demum perceptis omnium penè gentium linguis,ac diſciplinis,peregrinandi modum faciēs, anno trigeſimonono,quàm diſceſſerat,Carthaginem regreditur. Verùm cōciues ſuos,quibus liberalium artium cumulatiſſima laude abundans admirationi eſſe debuerat,& ſummè charus,ſtimulante inuidia (vti credere par eſt) infenſiſſimos hoſtes expertus eſt. Quò circa paratas ſibi à ſuis inſidias, ac necem declinans, conſcenſa naui, ex Africa Salernum in Italiam traiecit. Porrò ex hac cōciuium ſuorum maleuolentia, capitaliq; odio Conſtantini ſalus,ac vera fælicitas exordiū traxit. Salerni ignotus

inter ignotos cum degeret, in magna rerum egeſtate, atq; inopia à Fratre Babylonij Regis, eodem commodùm appulo, recognitus, cum admirandæ eruditionis honeſtiſſima teſtificatione (tanquam eius ſeculi prodigium Roberto Duci impensè commendatur. Sed enim Cōſtantinus ab honeſtiſſimo Principe oblatas honorum ſpes, & præſentem fortunæ commodioris illecebram ſuauiſſimo Chriſti iugo, religioſæq; ſeruituti ſapienter poſthabuit. Quare Deſiderium Caſinatis Collegij moderatorem conueniens ad ſublimioris ſapientiæ profeſſionem (vti enixè flagitauerat) peramanter admittitur; Eo in ſeceſſu, ex aliena voluntate, atq; arbitrio vitæ ſuæ, rationeuè temperās, ita degebat, vt à quotidianis religioſi hominis functionibus, quod ſupererat otij, id omne Conſtantinus ſcriptioni, ac ſtylo impenderet. Quoniam verò, medendi facultatem diligentiùs in ſeculo tractauerat, ad hanc eādem diſciplinam, ingenio, ac literis exornandam præſidis ſui permiſſu ſe contulit. Neq; maiori animi alacritate ſuſceptum eſt opus, quam indefeſſi ſtudij fæliciſſimo euentu perfectum. Quamobrem ſcriptorum numero, varietate, præſtantia, inter celeberrimos medicæ artes Coripheos, haud ſanè poſtremo loco numerantur. Deniq; ſtudiorum, ſcribendiq; laboribus ad extremam ſenectutem perductis, religioſæ vitæ curriculum placida, faciliq; morte conſumptus abſoluat. Vt autem Conſtantinus ægra mortalium corpora ingenij ſui lucubrationibus, ſic vitæ exemplo imbecilles animos, veriq; ignorantia laborantes, maiorem in modum adiuuit: quippè terrarum Orbe magna ex parte peragrato, cognitiſq; omnium ferè nationum idiomatibus, nulla

ex

ex omni bonarum artium numero non probè intelle&ctilde;ta, dum talis,ac tantus vir eo rerum vſu,ea arte,ac ſapientia prædictus ad religioſæ vitæ partum ſe transferre, planè omnibus teſtatum facit, humanæ mẽtis tranquillitatem, quæ nouis quotidiè regionibus adeuntis, & inexplebili rerum cognitione,ac ſtudio fruſtra quæritur,In Monaſtico ſtatu facillimè reperiri, nec cuiquam Chriſtianæ filoſophiæ præceptis imbuto ſapientis nomen conuenire, qui non doctrinæ ſtudium, ac literas ad ſupremi Numinis gloriam, ſuiq; ipſius ſalutem referre didicerit.

OLIBANVS COMES.

Romualdi Sanctiſſimi Abbatis hortatu, ſpreto ſæculo,in Caſinate Monte cucullum induit.

NIſi Olibanum Comitem præcipua nobilitate,magniſq; opibus, apud Gallos clariſſimum,ſacris heroibus intexam,magnopere mihi verendum eſt, ne illius populares iure ſe offenſos exiſtiment,ac mecum dolenter conquerantur. Quamquam mihi ſi maximè per omnes liceret,religioni tamen duxerim de Olibano ſiluiſſe,cuius generoſo in primis facinore nobilium animi ad rerum deſpicientiam caducarum erigi poſſunt, ac vehementer confirmari.Erat in Olibani ditione D.Michaelis inſigne Cœnobium, quò cum Romualdus rigidioris inſtituti, ſpectatæq; virtutis opinione percelebris, aliquando diuertiſſet,Olibano totius ante actæ vitæ noxas per ſacram confeſſionem exponenti, nauauit operam;tũ hominem, ſedulò hortatus eſt, vt ſi rationibus ſuis rectè

con

conſultum vellet, Monaſticam diſciplinam (quæ illi placandi Numinis vnica ſpes, & æternæ ſalutis promerendæ remedium ſupererat) primò quoq; tempore profiteretur. Hac adeò ſeuera denunciatione perterritus Comes, ſtupenti, atq; attonito ſimilis, quid ageret in rerum tam difficili articulo conſtitutus hærebat anceps. Durum videbatur, ac lōgè laborioſius, quàm vt ab animi ſui virtute perimbecilla ſuperari poſſe confideret, Clauſtri functiones, atq; onera in reliquam vitam ſubire: ex altera parte ſanctiſſimo viro, in re omnium grauiſſima, vndè animæ ſalus, atq; æternitas penderet, tam ſeriò monenti nō obtemperare, hominis apparebat non improuidi ſolum, ſed extrema pęne dementia laborantis. Itaq; ſumpto ad deliberandum ſpacio, rem totā ad Epiſcopos, & Antiſtites, quos ea gratia conuocauerat defert, enixè obteſtatus, vbi Romualdi ſententiam accuratè, diligentèrq; excutiant, tum verò quid ſibi opus facto arbitrentur, fidenter, ac liberè pronuncient. Re in conſultationem adducta, inſpectaq; diligentiſſimè, vniuerſi Antiſtites ab Romualdi ſenſu, nec latum vnguem diſceſſere. Quare Olibanum commonefaciunt, quæ de religione ineunda Venerabilis Pater ſuaſiſſet, eadem ſibi omnibus non modò ad ſalutem comparādam opportuna, ſed videri etiam planè neceſſaria; quin ſe ipſos antea illud ſenſiſſe, quamuis timore, ac verecundia impęditi, rem apud ſe in occulto habuiſſent. Ita Magnatum pleriq; omnes non aliundè grauiùs ſempiterna fælicitate periclitantur, quàm quòd ipſis delinquentibus licet impunè adulari ad exitium, neceſſaria ingerere monita ad ſalutem capitale eſt, vel certè periculi, atq; aleæ pleniſſimum. Iam verò ſacrorum Antiſtitum ſententijs cum Romualdi oraculo planè conſentientibus, Comes

adhi-

adhibita fide,ſeculo renunciare conſtituerat. Cæterùm ne quid ſibi olim moleſtiæ, tricarumq; à ſuis creari poſſet, domeſticis rebus expediendis,componendisq; non nihil temporis, ac diligentiæ impendit. Tum omnibus ex animi ſententia perfectis, in ampliſſimi Principatus poſſeſſionem adſcito filio, ipſe quindecim ſarcinaria iumenta,meliore theſauri ſui parte onuſta ſecum trahens, iter Caſinum verſus intendit. Plures ſummæ nobilitatis amici,Olibanum decedentem ſecuti ſunt, quorum ille humanitatem, atq; officium ita admiſit, vt nullam conſilij ſui partem,cuiquam illorum impertiret. Quamobrem vti Caſinum attigere,omnibus, qui ſeſe itineris comites dederāt gratijs officioſiſſimè perſolutis,diſcedendi poteſtatem facit, disertè profeſſus,ſe,quoad viueret, eo in receſſu, vbi religioſum inſtitutum amplecti decreuerat,conſtantiſſimè permanſurum. Abeuntibus ſocijs de repentino inſperatæ deliberationis euentu, admiratione defixis,Olibanus rem Cœnobij pretioſa ſupellectile, ſodalium numerum ſe ipſo in communem diſciplinam tradito cumulauit. Caſini deinde ad extremum vſq; ſpiritum in ſuſcepto ordine perſeuerans,ea ſanctitate, ijſq; virtutum meritis enituit,quæ tam inſignis, ac generoſa animi deliberatio,penè indubitanter ſpoponderant.Certè quo pauciora ex hiſtorijs ſuppetunt, quotidieq; rariùs conſpiciuntur Principum virorum exempla,qui ætate, ac viribus integri,vltrò diuitiarum commodis, imperandiq; ſuauitate ſe abdicent : hoc Olibani virtus præſtantior, admirabiliorq; videri debet, qui religionis ingreſſum(rem ita arduam)iubenti Romualdo,relictis opibus, Principatu, ac filijs,perfectiſſimè audientem ſe præbuit.

FINIS.

Digitized by Google

fol.	verſ.	errata	ſic corrige
37	1	refiſcere	reficere.
ibid.	22	obſernantiã	obſeruantiam.
ibid.	25	parerat	par erat.
58	29	moneſticæ	monaſticæ .
ibid.	15	hautiet	hauriret.
52	21	ſupplica	ſupplicia.
99	2	oertiſſimas	certiſſimas.
ibid.	7	corporiqus	corporibus .
193	16	diſycieute	diſyciente.
107	15	Marſarum	Marſorum.
108	8	ſacras	ſacros.
112	24	lenocilia	lenocinia.
122	14	relinquerint	reliquerint.
142	29	noceſſitatem	neceſſitatem.
143	2	ambitualieniſſimo	ambitu alieniſſimo
146	1	admiratione	adminiſtratione.
ibid.	30	Dominico	Domino.
147	14	ciroufpectionis	citcumſpectionis ;
148	14	chriſiianæ	chriſtianæ.
159	4	iacttatus	iactatus
199	14	ſucceſſorcor ſtantis	ſucceſſor conſtatis.
ibid.	15	inferio	inferior.
ibid.	ibid.	contidem	totidem.
210	5	ſufficetint	ſuffecerint.
213	13	caſinarem	caſinatem.
216	8	beneficiarum	beneficiatium
218	20	ſelemnis	ſolemnis
220	2	LXXXV	LXXXXV
ibid.	5	ſincti	Sancti
221	25	lituum ite marg.	lituum item argenteum
222	8	Pitri	Petri
225	10	Monachum	Monachorum
226	5	ſuppeditate	ſuppeditante
228	24	ſubiegitæ	ſubegitæ
231	1	Tertius	Quartus
206	24	Hiſapnos	Hiſpanos

INDEX
Rerum Notabilium.

A

ABbas Caſin. ab Imperatore confirmabatur, à Romano Pontifice *conſecrabatur p. 9. Plerumq; Cardinalis, inter-dum etiam* Pontificius *legatus per omnem Campaniam, Principatũ,* Calabriã, *Apuliam.ibid. Et magnus Regni* Cancellarius, *ſicuti patet in Angelo primo. Et Petro de Tart. Nobiles faciebat; Tabelliones, & Iudices creabat. Primo loco inter omnes Abbates ſedebat.pag. 15. Habuit vſum baculi paſtoralis, anuli, ſandaliorum, dalmaticæ, mitræ, chirothecarum. A Romano Pontifice Reuerendiſsimus, & chariſsimus frater appellabatur: ibid. Sæpe ingentas copias eduxit in aciem, vt videre eſt in Roffredo Adenulpho, Petro de Tartaris, & alijs. Principes Capuæ, Salerni, Beneuenti, omnes* Campaniæ *Comites iuramentum illi præſtabant de ipſo, & Monaſterij facultatibus pro virili defendendis. p. 12. Qutauor Romani Põtifices* Caſinatis *Abbatis nomẽ, ac munus in* Sũmo Põtificatu *retinuerũt p. 13. etiã nunc Epiſcopali pollet dignitate, ac iuriſdictione. p. 15. & ſequ. Inter* Caſinates *Abbates, nullus poſt Sanctiſsimus* Patriarcham, *Benedictus eſt appellatus. Abbatum perpetua ſeries mille iam, ac centum annos Caſiniperdurat p. 283.*

Abbates fruſtra ſacræ diſcip. obſeruantiam requirunt, niſi Monachis neceſsaria ſuppeditent: neminem quantumuis nobilem communibus religioſæ diſcipl. functionibus exemptum velint p. 220.

Digitized by Google

Sublenando ſacro inſtituto inſudēt,ſi Cænobiorũ facultates,ac reditus adauctos cupiunt, Petronacis exēplo: Aligerni,Bernardi primi,Petri de Tart aliorum preterea multorum.

Abbatum Caſ.perpetua ſeries mille iã ac centũ annos Caſini perdurat.

Adalbertus Liberca Comitum filius, adoleſcens fit Monachus: creatur Pragenſis Epiſcopus; Romam, tum Caſinum ſe transfert, vbi Monachum denuo profitetur; Romæ item Leone magiſtro monaſticis diſciplinis expolitur. Ad Boemos redit,inde in Pannoniam progreſſus,eam gentem,& in primis S. Stephanum Regem Chriſto adiungit. Ruſſis quoque Moſchis, Polonis, ac Lituanis fæliciter operam nauat ſagittis Confoſſus Martyr occumbit.

Adelmarus ſanctitate viget apud Caſin.

Adenulphus Caſertanus abſente Roffredo Abbate, Monaſt. Caſin. gubernat. 136. datam Henrico Imperatori fidem contra Manfredum Regem Regniq; proceres ſtrenue tuetur. ibid. ab. Eodem Henrico creatur Abbas Venuſinus,deinde ad Innoc. Pontif.Caſin.ibid. Germanenſes in libertatem vindicat, & Caſtrum Vandriæ. Bona Cænobij propinquis largitus,ab Innoc. Caſinate Abbatia remotus, Capuanæ præficitur. ibid.

Adrianus lateranenſis Abbas 11.

Aegidius Abbas 39. ob incuriam in adminiſtrando, præfectura exuitur. 131.

Aegidius à Matelica Abbat 113. ac Præſes totius Cougregat. 234.

Agapitus Lateranenſis Abbas 7.

Alphonſus 1. Rex Aragonius,Cænobium Caſinas libertate exutum in Commendam tradidit Ludouico Scarampo

Albericus Monachus Caſinas à Nicolaò 2. Romam euocatur comparat ſe ad diſputationem cum Berengario. Eundem confutat.

Alexander Pontif. 2. Caſinatibus vrbem Terracinam donauit.

Alexius Comneus Imperator,deſtinatis nuncijs ac muneribus Deſiderium Abbatem colit. idem ex ipſo Imperij cenſu,viginti quatuor auri pondo,quotannis Caſinati Monaſterio cum legaſſet, eius donationis tabulas aureo ſigillo penſili munitas Caſinum tranſmiſit.

Aligernus Abb. Caſin. 27. *Monachos Capua Caſinum reduxit. ibid. dum Cœnobij bona recuperare ſtudet, variè exagitatur. ibid. Aquinum in carcerem abductus habetur ludibrio.* 69. *liberatur à Capuano Principe. ibid. bona Cœnobij recuperat atq; auget.* 70. *Caſinum rexit ann.* 35. *fœlicisſimo rerũ ſucceſſu. Arcem Ianulæ ædificat ibid.*

Ambroſius à Puppio *Abb.* Caſin. 120. 230.

Andreas Fauentinus Ord. mont. oliueti Abbas Caſin. 530. *optimè de ſacro Cllegio promeritus eſt.* 171.

Andreas Sueſſanus Abbas Caſin. 116. 225.

Angelarius Primus Abbas Caſin. 20. *cum Monachis, qui ſaracenorum furori ſuperfuerant, Theanum ſe recepit, ſecum aſportata meliore ſuppectile, & pleriſq; Tabularij authographis.* 63. *Epiſcopus Theanenſis eligitur. ibid.*

Angelarius ſecundus Abbas Caſin. 62. 153.

Fr. Angelus primus Florentinus de Acciaiolis è ſacra D. Dominici familia Epiſcopus 7. & *Abb. Caſin.* 75. *deinde Aquilanus, tum Florentinus Epiſcop. ſed Ludouici Regis rogatu Caſinum reuerſus, Metropolita creatur, à Rom. Pontif., à Rege totius Regni Cancellarius* 163.

Angelus ſecundus Epiſcopus 8. & *Caſin.* 76. *ex Monacho Caſin. Monaſt. reſtaurat* 164.

Angelus 3. *Epiſcop.* 9. & *Abb. Caſin.* 78. *ex nobiliſſima Vrſinorum Gente; Citrarij oppidum Monaſterio recuperauit.* 165.

Angelus 6. *Sangrinus Abb. Caſin.* 57. *pietate ac literis præſtans.* 226. *floruit præſertim Poetica facultate: multa edidit proſa ac metra. ibid. Eius adminiſtrandi laudatiſſima ratio ibid. ædificia complura, ac totũ pene monaſt. cõſtruxerit* 228. *Caſ. ternis vicibus rexit ann.* 11. *totam etiam Congregat. Generalis Præſidis munere ibid. ſtudebat magis amari, quàm timeri: eius Cadauer octo annis à funere incorruptum. ibid.*

Annus Iubilæi Caſini Simplicio 2. *Abbate, magno Chriſtianæ hoſpitalitatis exemplo celebratus: vbi ad ſeptuaginta millia hoſpitum religioſè, ac liberalites excepta.* 238.

Yy 2 An-

Antonius Gallutius, & Iacobus Pignatarius Caſinatis Baſilicæ theſaurum aſportarunt

Antonius Carafa Abb. *Caſin.* 86. *multa ex amiſſis Cænobij Caſtris recuperauit:* 187. *ſub mortem predixit monaſterium Caſin. per annos* 40. *Abbate cariturum; quod prorſus euenit. ibid.*

S. Apollinaris Abb. *Caſin.*16. *Lirim fluuium ſiccis veſtigijs tranſmittit*

Archiuium Caſinas non modo publicum, & authenticum, ſed & tota etiam Europa celeberrimum per Romanæ rotæ ſententiam declaratur.

Athenulphus Beneuenti Principis filius Abb. *Caſin.* 31. *ab Henrico Imperatore, alijſq; principibus viris & muneribus colitur.* 18. *apud Imp. accuſatus dum conſcenſa naui Bizantium properat, non longè ab Hydrunto naufragium facit ibid. Multa priuilegia Caſinatis Tabularij quæ ſecum deferebat, ab Imperatore firmanda, eodem naufragio periere.* 82.

Auguſtinus Patauinus de Bonfilijs Abb. *Caſin.* 98. *Iura monaſterij interritus defendit.* 218.

Autpertus Abb. *Caſin* 17. *optimè de ſacro Cænobio meritus eſt editis etiam voluminibus non incelebris.* 53.

S. Azzo Monachus Caſin. floruit ad ann. 1022.

B

B *Alduinus Abb. Caſin.* 255. *Sophiæ Templum à Beneuentanis Principibus recuperat.* 67. *S. Pauli Cænobium propè vrbem moderatur. ibid. multa priuilegia ab Imperatore, alijsq; Regulis impetrat. ibid. Eo Abb. Monachi pene omnes Capua Caſinum rediere ibid.*

Bartholomæus Senenſis Abb. *Caſin.* 80. 169.

Baſilica Caſinenſis Petronace Abbate ſolemniſſimè dedicatur ab Zacharia primo, Archiepiſcopis tredecim, Epiſcopis ſexaginta octo præſentibus. Rurſus Abbate Deſiderio in ampliorem formam reſtituta, dedicatur ab Alexandro ſecundo; Interfuere ex Italia Epiſcopis, & Cardinalibus quinquaginta quatuor, Antiſtites. Flos Romanæ nobilitatismulti, Duces, Principes, & Comites, innumerabilis populi multi-

tu-

tudo. Deſiderij liberalitas in omnes qui Caſinum ad eam Celebritatem conuenere. A Simplicio 2. magnificentiſſimè exornata inter præcipuas Chriſtiani orbis ſanctitate, ac religione connumeranda; Henrico primo Imperatori, omnium religioſiſſima videbatur.

Baſilius primus Calaber Abb. Caſin. 33. occupato malis artibus magiſtratu, cogitur ſe abdicare. 85.

Baſilius ſecundus Brixienſis Abbas Caſin. 137. 527.

Baſſatius Abb. Caſia. 18. in Franciam proficiſcitur, & Ludouicum ſecundum Imperatorem in Italiam deducit. 54. Eius ſtudio, monaſticæ diſciplinæ cultus in Burgundia & Germania reuixit. Multa reliquit ſui ingenij, & doctrinæ monumenta.

SS. P. Benedictus Nurſiæ quibus ortus parentibus 21. Eccleſiæ laboranti diuino benef. conceſſus 22. Romã ad ſtudia literarum mittitur. ibid. Inde ſublacum petit annos 36. natus. ibid. Duodecim Monaſteria ædificat. 23. à Florentio exagitatur; eius cedens inuidiæ Caſinum demigrat. ibid. Ibi profligata Idololatria Cœnobium conſtruit. 25. Romæ Concilio intereſt. ibid. Diuinam eſſentiam intuetur. ibid. Prædicandi facultatem à Deo proximè accepit. ibid. miraculis coruſcat. 26. morte prædicta, ſtans atq; erectus in Templo, in Cælum abit. 27.

Berardus Vrſinus Cœnobium in Samnitibus ditat, fit Monachus Caſin. eius proficiendi ardor. Creatur Aprutinorum Antiſtes, quo pacto in Epiſc. ſe geſſerit, In eo Monaſticæ diſciplinæ retinens.

Bernardus Abbas Clarauall. Caſinum adit cum Innoc. Pontif. & Lothario Imperatore.

Bernardus primus Natione Gallus, Monachus, & Abbas Lerinenſis à Carolo Rege in Italiam traducitur. 146. Abb. Caſin. 59. & Card. ibid. quantum illi debeant Caſinates 147. Monachis abunde neceſſaria impertit 148. D. Thomæ rogatu Aedem ſacram, ac Domicilium in S. Germano, fratribus D. Dominici conceſſit. ibid. Multa conſcripſit, Abbatibus præſertim perutilia. 149. Duas obijt legationes. ibid. Caroli Regis copias ab occupatis Cœnobij locis ſubmouet. 150. pie ac ſanctè moritur. ibid.

Bernardus 2. Abb. Caſin. 58. 153.

Ber-

Bernardus 3. *Abb. Caſin.* 66. *Epiſcopus Tripolitanus, à Bonifacio Pontifice, ſacri* Cœnobij Adminiſtrator *conſtituitur.* 154.

Bernardus 6. *Auerſanus familia de* Adamo Abb. *Caſ.* 108. *p.* 230.

Bernardus 5. *Neapolitanus* Abb. *Caſin.* 110. *inſtituit vt Vicarius Generalis è MonachorumCollegio deligeretur.* 232. *Caſinatibus mirificè profuit. ibid.*

Bernardinus Tranenſis Abb. *Caſin.* 126. *magnis procellis iactatus, animum nunquam deſpondit.* 236. Aedem *ſacram exornauit.*

S. Berthariu*s, Francorum Reges propinquitate attingebat* 57. *Eius præclara dotes: fit Monachus.* 58. *Creatur* Abb. *Caſin.* 19. *Vrbem* S. *Germani ædificat.* 60. *Omnia Monaſterij oppida communit.* 58. *inferius Monaſterium in* Arcis *formam conuallat.* 59. *Itinere ſæpius in Gallias ſuſcepto Ludouicum* 2. *Imperatorem bis in Italiam adducit. ibid. Romanum Pontificem adit: plura ſcripſit ſoluta oratione, ac metro: à* Saracenis *ad aram obtruncatur cum pluribus Monachis* 62.

S. Bonifacius, Monachus ord. D. Benedicti, Maguntiæ Archiep. & Germaniæ Primas, ac Apoſtolus, Sturmium ad Caſinates *miſit, monaſticis diſciplinis accuratè imbuendum,* Petronace Abbate.

S. Bonito *Abbate Cœnobium Caſinas à Zothone longobardo,* Beneuenti *Duce deuaſtatur.* 30. *Bonitus cũ Monachis Romã confugit. ibid.*

S.Bruno in Aſtenſi Monaſterio pueritiam traducit 113. *Senis canonicatu decoratur. ibid. In Romano* Concilio *Berengarium confutat. ibid. per fraudem creatus Epiſcopus Segnienſis, occultè fugam molitur.* 114. *Geminam legationem obit Pontif. iuſſu.* 115. *ſynodum in Gallijs celebrat. ibid. Eligitur Abb.* Caſin. 40. *ibid,* Paſchalis *de* Brunone *illuſtre præconium. ibid. Pontificis iuſſu Segniam repetit.* 117. *plurima reliquit ſui ingenij monumenta ibid.*

C

S. CArolomanus Caroli *Martelli filius ac* Pipini *frater, Dominatum, qui duodecim Regibus ſuffecerat dimiſit.* 343. *bellica laude præſtitit: ab obitu patris, Principes qui rebellauerant, itemq; Alemannos, ac Saxones iterum deuicit, ac ſubegit* 304. *In monte* Soracte la-

Digitized by Google

latitat, ibid. Ab Zacharia Pontifice monaſtico habitu donatur, ibid. Caſini humilibus exercitijs probatur. 305. quàm patienter loqui acerbitatem ac verbera pertulerit, ibid. Inermis armatorum furorem repreſsit. 306. pecudem in humeros ſublatam ad cœnobium refert, ibid. Ad vineæ culturam gradum facit, ibid.

In Franciam, Abbatis iuſſu proficiſcitur, 307. Ibidem moritur, 308. eius exuuiæ, aureo incluſæ loculo cum pretioſiſsimis muneribus à Pipino fratre Caſinum tranſmittuntur, ibid.

Caſinatis Montis Regio ac ſitus. 2. quo cultu ac veneratione fuerit apud antiquos, ibid. qualis euaſerit poſt aduentum S. P. Benedicti in ea loca. 3. Caſini chriſtianę ſapientię, omniumq; liberalium artiū nobiliſsima Academia vndecimum iam ſęculum viget: eius opes, amplitudo, dignitas, ſanctimonia, ibid. Unum ac viginti Reges; Imperatores ſexdecim, Pontif. Romanos tres ac viginti hoſpitio excepit. 7. quā multos eximiæ nobilitatis Monachos habuerit, ibid. quot Antiſtites: quot Scriptores: Sanctos penè innumerabiles. ibid. De Caſinate Cœnobio præclarū Cardinalis Baronij elogium. Apud Caſinum Monachi nunquàm defuerunt ad SS. Patriarchæ ſepulchrum.

Chriſoſtomus Neapolitauns de Alexandris Abb. Caſin. 97. ſumma ſapiētia & vtilitate ſacro Cœnobio præfuit, auctis ædificijs, ſacrarij ſupellectile cumulata, obtētis priuilegijs, propugnata iuriſdictione 214.

Congregatio S. Iuſtinæ de Padua per totā Italiam celeberrima Caſinati Monaſterio adiungitur, à quo etiam denominata.

Conſaluus magnus intra Barulum incluſus, D. Benedicti ope implorata liberatur. De Gallis victor, Regno Neapolitano potitur. Dat operam Cœnobium Caſinas noſtris Monachis reſtituatur. Eius amictus ex attalica veſte criſpante viſitur etiam num Caſini.

Conſecrandi Abbatem Caſinatem ritus, quo Pontifex vtebatur. S. Conſtantinus Abb. Caſin. 2. D. Benedicti in regimine ſucceſsit 27. Conſtantinus Afer diſcendi ſtudio in remotiſsimas regiones peregrinatur.

Deſide-

D

Deſiderius primus Beneuen. Principis filius in Ercmum ſecedit. 94. à Siconulfo Monacho, religioſa veſte induitur. 95. S. Alferij diſcipulus, ibid. Romani Pontif. opera inter Caſinates admittitur. ibid. Sedis Apoſtolicæ Apocriſarius ad Imp. legatur. ibid. Abb. Caſin. Monaſterium exornat nouis ædificijs. 96. fit Cardinalis, & legatus per omnem Campaniam. ibid. Eo Abbate Baſilica Caſinenſis ab Alexandro II. dedicatur 97. Sacrariũ ditat pretioſiſſima ſuppellectile 100. Magno apud omnes in honore miſſis vndiq; muneribus colitur. 100. Pontificatum recuſat per annum integrum: demum Cleri ac Principum precibus victus admittit. 104. Exercitum in Africam contra ſaracenos dimittit: relatæ inſignis de ipſis victoriæ nuncius eodem die in Italia auditus. ibid. Pſeudopontificem Roma expellit ibid. In Caſin. Cœnobio diem obijt. 105.

Deſiderius II. Brixienſis Abb. Caſin. 120. inſigniter proficit 233.

Deſiderius III. à Monte Regali 120. 230.

S. Deus dedit Abb. Caſin. 15. Sicardi Beneuenti Principis iuſſu in vincula coniicitur 51. ibidem expirat: Miraculis ab obitu conſpicuis inter Sanctos adnumeratur ibid.

S. Dominicus Soranus viget apud Caſinum.

Dominicus de Sambuceta Abb. Caſin. 50. 132.

E

Epiſcopi Caſin.

Eques Coſmas Fanſagus Architectonices peritiſſimus quid egerit in Caſin. Sacrarij, maiorisq; altaris inſtauratione.

Euſebius Mutinenſis Congregationis S. Iuſtinæ præſes primus en eadem Congreg. Caſin. Abb. & ordine LXXXIX. cum religioſo Monachorum Comitatu, Caſini poſſeſſionem adit 201.

Eutichius Patritius Romanus, Maurum filium S. Benedicto excolendum tradidit. Caſinum muneribus ditauit.

Fau-

F

FAuſtus vitam S. Mauri in Lateranenſi Cænobio ſcribit, & à Bonifacio Pontifice approbatam euulgat.

Florus Theodoberto Francorum Regi acceptiſſimus S. Maurum hoſpitio ſuſcepit: Cænobium & ædem ſacram eidem conſtruit. Bertoldum filium Deo conſecrat, fit Monachus Theodoberto Rege præſente.

Franciæ Reges Monachorum D. Benedicti beneficio, illius Regni ſceptrum, ac diadema conſecuti ſunt.

Franciſcus Epiſcopus 6. Abb. Caſin. 74. 162.

Fridericus Regiæ ſtirpis, Cardinalis Bizantium legatur, Græcam Eccleſiam cum Latina conciliaturus. 92. fit Monachus, deinde Abb. Caſin. 36. ibid. Iterum Cardinalis, mox inuitus Pontifex creatur. ibid. Caſinum adit, ac Deſiderium Abbatem ſibi ſubſtituit. 93. Henricum IV. Imp. diris deuouet. 93. Roberto Guiſcardo ſe oppoſuit, ibid. Florentiæ moritur ſanctitate conſpicuus, ibid.

Friderici Imperatoris iuſſu, Monachi Caſino pulſi. ipſe cum Alemanis proceribus & Greg. IX. Legatis in S. Germ. pacis leges ſcripſit.

G

GAlardus Abb. Caſin. 65. 154.

Gelaſius II. Pont. Max. Caietæ nobili loco natus fit Monachus Caſin. 300. In Pontificatu, illuſtre patientiæ documentū. 301. Henricum Imper. & Gregorium Pſeudopontif. excommunicat. ibid. In Franciam proficiſcitur. 302. Viennæ concilium celebrat. ibidem. In Cluniacenſi Monaſterio diem obit. ibid.

Gerardus à Marſorum Comitibus Abb. Caſin. 41. vna cum Paſchali Pontif. Concilio Beneuentano interfuit. 118. aliquot Monaſterij Caſtra, comparato exercitu recuperat Roccam Ianulæ communit. ibid. Cænobio inſigniter vtilis obit, ibid.

Giſulfus Beneuentani Principis filius Abb. Caſin. 13. 46. Monaſterium S. Saluatoris, Baſilicam S. Apollinaris, aliaſque conſtruxit, ibidem.

Glanofolienſe Cænobiū Caſinati ſubijcitur Caroli Magni rogatu.

Gratianus primus Abb. 9. ampliſſimum Templum S. Sophiæ in

Vrbem Beneuentanam *Caſinatibus dono datam admiſit* . 42.

Gratianus 12. *Mediolanenſis* Abb. *Caſin*. 91. *Cœnobio inſigniter profuit, obijt Præſes*. 205.

Gregorius Lateranenſis Abb. ſecundus.

Gregorius à Caſtro Aretino *Abb*. 121. 231.

Gregorius Sayrus Anglus Monachus Caſin. æquè pius ac doctus.

Guibaldus Lotharingius & eius dotes. 126. *à Lothario Imper. in Italiam deductus Abb. Caſin*. 46. *in Germaniam reuertitur*. 127.

Guido Epiſcopus ſecundus Abb. Caſin. 70. 158.

Gilielmus Epiſcopus quintus Abb. *Caſin*. 73. 160.

Gulielmus Siciliæ Rex Caſinates loco exactos, Caſtris denudat, placatus in locum reſtituit, & benigne complectitur.

Guinnizzo Monachus Caſin. *ſanctitate floruit*.

Gunnarius Turritanorum Rex Caſinum inuiſit Rainaldo Abb.

H

Henricus Abb. *Caſin*. 8.

Henricus primus Imper. *Caſinum venit, eiuſque in D. Benedictum religio* 83. *calculi dolore ibidem liberatus* : B*aſilicam pretioſiſſimis muneribus cumulat* : *vouet inter* Caſin. *religioſam vita, ſed morte præuentus, pio deſiderio fruſtratur*.

Henricus Tomacellus Abbas *Caſin*. 82. *Fractas* C*aſinatibus vindicat*. 183. *In Spoletanam Arcem à Ladiſlao Rege coniectus ibi fœliciter obijt, ibidem*.

Hieronymus 2. *Placentinus* Abb. *Caſin*. 101. *vir egregia probitate, ac prudentia* C*aſinatibus bis præfuit, bis inſigniter profuit*. 220.

Hieronymus 3. *Zambellus Mantuanus Abb. Caſin*. 102. *haud inutiliter adminiſtrauit*. *Totius* C*ongregat*. *Præſes*. 222.

Hieronymns 4. *Papienſis è nobili Calciniorum familia* Abb. C*aſin*. 104. 223.

Hieronymus 5. *de Coſentia Abb. Caſin*. 90. 231.

Hieronymus 6. *Peruſinus* Abb. *Caſin*. 115. 225. *Religioſam diſciplinam ſtudioſiſſime cuſtodiuit, & à ſubditis exactè repoſcebat*. 226. C*œnobium nobilibus ædificijs amplificauit, ibid. rem ſacrarij locupletat. valdè, ibid.*

Hiſpa-

Hiſpaniæ Regibus quantopere D.Benedictus fauerit.

*Honoratus Panormitanus Abb.Caſin.*123. *ac Præſes Totius Congregationis.* 233.

I

Iacobus Pignatarius Caſino direpto, Monachos expellit, excommunicatur.

Ianuarius Monachus ſanctitate floruit apud Caſin.

Ignatius Loyola in Monteferrato generalem confeſsionē obiuit, 76. *ſpiritualibus exercitijs iuſtruitur, à Ioanne Clarone eiuſdem Cœnobij Monacho, ibid. Romæ in Baſilica S. Pauli religioſam profeſsionem emittit.* 77. *Apud Albanetam aliquandiu egit. ibid.*

Ignatius 3. *Neapolitanus de Vicanis Abb.Caſ.* 106. *eximiæ virtutis ac ſapientiæ Antiſtes, Diuini cultus, rei familiaris, ac ædificiorum amplificator inſigic.* 224.

Ignatius Squarcialupus Florentinus Abb. Caſ. 13. *egregie pius ac doctus, magnas attulit Caſino vtilitates, à Ferdinando Rege Leoneq. Pontifice plura retulit priuilegia* 208. *Caſino præfuit, Florentiæ deceſsit.* 209.

Imperatores numero ſexdecim Caſinum inuiſere.

Imperatorum de Caſin Domus amplitudine teſtimonia.

S.Ioannes 1. *Abb. Monachos Theani incommodius habitantes Capuam traducit.* 65. *Caſin. Baſilicam exornat. ibid. Sanctitate clarus in Capuano Cœnobio moritur. ibid.*

Ioannes 2. *admiſſam inuito adminiſtrationem poſt annum dimiſit* 75. *obijt ſanctitate conſpicuus, ibid. Albanetę Cœnobium condidit. ibidem.*

Ioannes 3. *Hieroſolymam profectus ſexennium in Monte Sinai exegit D.Benedicti inſtitutum apud Illyricos propagat.* 79. *Othonem Imperatorem hoſpitio excepit* 80.

Ioannes Bitontinus Monachus Caſ.miraculis clarus, Lucenſe Cœnobium fundauit.

Ioannes primus Lateranenſis Abb. 4. 34.

Ioannes ſecundus Lateranenſis Abb. 9.

Ioannes 12. *Abbatem Caſinatem, Epiſcopali dignitate, ac munere inſigniuit.*

Ioannes Ferdinandi Aragonij Regis filius Commend. 3. Abb. *Caſin.* 87. 124. *ſacrarij ſupellectilem auget. ibid. Corpora S.Bened.& S.Scholaſt. inuenit. ibid.*

Ioannes Medices Cardin. Commend. 4. Abb. *Caſin.* 83. *multis beneficijs Caſinates cumulauit.* 197. *Abbatiam Iulij 2. Pontif. voluntati, atque arbitrio liberè permiſit. ibid.*

Innocentius Nouarienſis Abb. Caſin. vir inſignis literatura prudenter gubernauit. 222.

Iſidorus 1. Placentinus Abb. Caſin. 105. *parum præfuit, ſed magna cum ſacri ſodalitij vtilitate.* 223.

Iſidorus 2. Parmenſis Abb. *Caſin.* 124. *laudabiliter, vtiliterque Cœnobium temperauit.* 234.

L

L*Adislai Regis in Caſinates munificentia, eiuſdem rapacitas,& in Henricum* Abb. *efferata rabies, ac maleficia.*

Landulfus ex illuſtri Comitum *Aquinatū familia, Caſ.* Abb. 56. *Cardinalibus ad Imperat. Legatis Comes adiungitur à Gregor. IX. Pont.* 139. *eo Abbate, Monaſterij Caſtra,& Germanenſ. Ciuitas à Pontificio, deinde à Ceſariano exercitu occupantur. ibid. Poſtea reſtituuntur.* 140. *D. Franciſci Templum Fratribus Minoribus in S.Germano attribuit. D.Tho. nepotem ſuum quinquennem in diſcipl. recipit. ibid. obijt ann.* 1436. *ibid.*

Landulfus Salerni Princeps *relicto* Principatu, *fit. Monac. in M.C.*

Lateranenſis Domus Seminarium Romanorum Pontif.

Leo Abb. 22. *Caſinum reſtaurat.* 64.

Leo primus Lateranenſis Abb. 3.

Leo 2. Later: Abb.

Leopoldus Auſtriæ, ac Stiriæ Dux, apud S.Germanum vita functus, in Caſinate Baſilica tumulatur.

Lotha-

Lotharius Imp. Abbati Caſin. de ſuo aduentu in Italiam ſcribit, vt Caſinates Pontifici conciliet, ſtrenuè dat operam. Cum Innocentio, & D. Bernardo Clarauall. Caſinum adit. Memorandum ſui in Caſinates, amoris documentum. Eiuſdem pietas, ac monaſticæ diſciplinæ ardentiſſimus zelus.

S. Lucius Monach. Caſin. Albnetæ Cœnobium condit.

Ludouicus Scarampus Commend. primus Abbat. Caſin. 85. *Patriarcha Aquilegienſis, Cardinalis poſtmodum, & Albanenſ. Epiſcop. de Sacro Cœnobio optime meritus.*

Ludouicus Triuultius Mediolanenſis Abb. Caſin. 95. 212.

Ludouicus Franciæ Rex Caſinum adit Rainaldo Abb.

M

MAielpotus Abbas 26.

Mammuca claſsis barbaricæ Præfectus D. Placidi Cœnobium noctu inuadit ac diripit. ipſe Placidum cum fratribus, ſorore ac triginta Monachis deriſsime necat. In Africam rediens facto naufragio cum tota claſſe, marinos fluctibus abſorbetur.

Manſo Abb. Pandulphi Capuæ Principis Conſob. à Capuanis exoculatur abdicato Magiſ. in ſolitudinem ſecedit. 72.

Marcus Varro prædia domicilium, & Coloſſeum amphiteatrum habuit apud Caſin.

Marinus Thommacellus Abb. Caſin. 67. 155.

Matthias de lignaſco Abb. Caſin. 109. *ac tot. Congr. Præſes* 230.

S. Maurus clariſsima è familia ortus Romæ, à Patre Eutychio duodennis ad D. Benedictum perducitur 297. *Quantum eo præceptore profecerit ibid. Parendi alacritate excellens ſuper aquas tutus incedit. ibid. in Gallias dimittitur.* 298. *Excipitur benigniſsime à Floro: Cœnobium ædificat: Bertoldũ Flori puerum octennem ac Florum ipſum Religioni adſcribit ibid. à tribus Regibus inuiſitur* 299. *Sanctiſsime obit,* 300. *Quàm multas opes Cœnobijs reliquerit. ibid.*

Monach. Caſſ. Romam profecti à Pelagio Pontif. in Lateranenſi Cœnobio collocantur.

Monachorum Caſſ. admirabilis, ac vere religioſa hoſpitalitas in excipiendis peregrinis anno præſertim Iubilæi.

Monachi Caſſ. apud Meſſanam tertio Martyrium patiuntur à Saracenis.

Mons Caſinas, vide Caſinum.

N

N*Icolaus Tuſculanus* Abb. Caſin. 43. *cogitur ſe abdicare.* 120.

O

S. ODdo Cluniacenſis *Monaſt.* Abb. Caſinum venit.

B. *Odoriſius è Marſorum* Comitum *familia* (*quæ ortum ducit à* Carolo *Magno* Francorum Rege) *Cardin: creatur* 108. *Prior clauſtralis diſciplinæ obſeruationi diligenter inuigilat. ibid. creatur* Abb. 38. *ibid. bona* Cænobij *mirificè auget ibid. ſanctitate inclytus moritur.* 109.

Odoriſius 2. *Sangrorum Comitum filius ex* Caſin. Monaſt. *Præpoſito, &* Cardinali, Abbas *eligitur* 42. 119. *Miſsis in Dalmatiam Monachis*, D. Benedicti *diſciplinam in ijs regionibus diſſeminauit, ibid. conſcriptis copijs S. Angeli oppida nos ad officium reuocauit. ibid. Multa erudite compoſuit, ibid. tandem Honorij Pontif. iuſſu præfectura ſe remouet. ibid.*

Olibanus Comes *in Gallijs hortatu S. Romualdi fit Monach.* Caſin.

Ordini Monaſtico ſolenne fuit, ac perpetuum vt hoc opibus abundaret magis quò ſacram diſciplinam diligentius cuſtodiuit: vti aduertere licet in hiſce elogijs euoluendis.

Otho Imp. Caſinum inuiſens priuilegijs donat.

Otho fundenſium Comitum *progenies Abb.* Caſin. 39. *oppida Monaſterij communit.* 111.

Otho IV. Imp. Caſinum inuiſit 3. *Abb.* 136.

P

S. P*Aulus Monachus floruit* Caſin. *ad annos* 1035.

Paulus primus à Coſentia Abb. Caſin 122. *inuito animo admiſſam præfecturam poſt annum abdicauit.* 232. *Eius animi moderatio, & in perferendis varijs corporis ægritudinibus patientia* 233.

Pau-

Paulus 2. *Pont. Commend.* 2. *Abb. Caſin.* 86. *ſummis beneficijs atque honoribus Monaſterium auxit* 192.

Paulus 3. *Parmenſis è nobili* Scottorum *familia* Abb. *Caſin.* 125. *vir perſpicacis ingenij, & multiplicis doctrinæ.* 235. *Eo Abb. ſtudia literarum inſigniter floruerunt, ibid.*

Paulus Diac. Aquileienſis Regi Deſiderio à ſecretis. eundem captiuum in Gallias proſequitur. vita & exiſtimatione periclitatur. exul in Diomedis Inſulam deportatur. fuga lapſus Salernum venit. apud Caſin. fit monach. Caroli Magni ad ipſum litera verſibus exarat e, Longobardorum hiſtoria à Paulo conſcripta, & appendix ad Eutropium, hymnum quorum in D. Io. Baptiſtam, aliaque per multa compoſuit.

S. *Petronax à Greg. XIII. Pont.* Caſinum *mittitur* 37. Cœnobium *ac diſciplinam inſtaurat. ibid. duos Reges, totidemq; Reginas ſeuerus inſtituit. ibid quàm magno religioſæ diſciplinæ zelo flagrauerit. ibid. eo Abb. Caſin.* Baſilica *à* Zacharia *Pontif. ſolenniter dedicata.* 39. *quantopere noſtrum inſtitutum eius opera floruerit, teſtatur Baron.* 39.

S. Petrus 1. *Abb. Caſin* 35 *inuito admiſſam gubernationem, dimiſit ſponte in Monaſterium.* 90.

Petrus 2. *Abb. Caſin.* 51. *magnæ vir prudentiæ, ac religionis.* 132. *Caſini hoſpites habuit Alexandrum* Papam, *& Gulielmum Siciliæ Regem* 133. *illum Alex.* Pontif. *ad Concilium Lateranenſe aduocauit. ibidem.*

Petrus 3. *Abb. Caſin.* 53. *&* Card *Othonem* 4. *Imper. hoſpitem habuit Caſin.* 136.

Petrus 4. *de tartaris Romanus Abb. Caſin.* 81. *armorum vi plura caſtra recepit, at Germanienſes in officio continuit* 172. *à* Carolo 3. *Rege, magnus Regni Cancellarius conſtituitur.* 179. *Illuſtre teſtimonium eiuſdem Regis de præclariſsimis* Petri *dotibus. ibid. Ladiſlao Regi acceptiſsimus, multis Caſtris, ac poſſeſsionibus donatur. ibidem. Alij etiam permulti,* Petro *Abb.* Cœnobium *locupletant. ibid.*

Petrus *Bremma Veronenſis Abb. S. Matthæi ſeruorum Dei, D. Benedicti Oratorium exornat.*

Pyrrhus

Digitized by Google

Pyrrhus Thomacellus Abb. Caſin. 83. *plura Oppida Cœnobio recuperat.* 184. *Roccam Ianulæ à Regina Ioanna recipit. ibidem. Monaſterij rebelles reprimit.* 186. *Exorto inter Alphonſum & Ludouicum Reges bello Pyrrhus Romam in vincula abducitur, ſed breui in libertatem eſt reſtitutus. ibid. Monaſteriũ ædificijs ac reditibus auget. ibid. Oppidanos S.Petri in fine ab iniuſti Domini Tyrannide vindicauit. ibid. Ab Eugenio IV. Spoletanæ arci præficitur.*

S. Placidus à Tertullo patre patritio Romano ſeptẽnis D.Benedicto inſtituendus traditur. 293. *Eius in Religione admirabilis progreſſus. In Siciliam mittitur cum monachorum manu, annos natus viginti duos.* 294. *Cœnobiũ ædificat eius fratres ac ſorores ad ipſum in Siciliã traijciunt.* 295. *Martirio coronatur cum fratribus, ſorore, & triginta monachis: noſtri ordinis illuſtriſsimus protomartyr. ibid.*

Pontifices Romani num tres ac viginti in Caſ.Cœnob.diuerſis temporibus hoſpitantur.

Pontificum Romanorũ de Caſ.Cœnob.& Abbate clariſsima elogia.

Pontius Catanenſis *Abb.Caſ.* 61. 152.

Poto Abb.Caſ. 1. *inferius Templum D.Benedicto, aliud Archangelo Michaeli ædificauit.* 43.

R

S. R*achiſius è Foroiulienſi Duce Longobardorum* Rex. 309. *Eius in Regni adminiſtratione æquitas ac Religio. ibid. armis* Pentapolim *vexat.* 310. *Peruſiam obſidet. ibid. Zachariæ* Pontif. *ſuaſu obſidionem ſoluit. Romam contendit. ab Zacharia, monaſtica veſte donatur. ibid. apud Caſinum D.Benedicti diſciplinam complectitur, cum coniuge & filia. ibid. vineam ſerit & curat.* 311.

Ragemprandus Abb.Caſ. 21. *apud Theanum.* 64. *Eo Abbate, incenſa per imprudentiam domo, regula S.P.Benedicti manu deſcripta vna cum pluribus priuilegijs, & ingenti rerum pretioſarum copia conflagrauit. ibid.*

Raimundus è monacho Caſinate, Epiſc. 2. *Abb.Caſin.* 70. *pietatis & eruditionis laude.* Campaniæ, *maritimæq;* Prouinciarum Generalis Procurator, *&* Comes *à Ioanne* Pontifice *creatur.* 157. *Nobile pala-*

tium Neapoli excitauit, quod Montis Oliueti pp. ab Henrico itidem Abbate Caſin. impetrarunt. 158.

Rainaldus 2. *Calamentanus Marſorum Comitum filius Abb.Caſin.* 47. *fit* Cardin. 128. *in rebus aduerſis conſtantiſſimum ſe præbuit. ibid. quatuor Reges excepit hoſpitio.* 129. *piè ac ſanctimè moritur. ibid.*

Ratruda Rachiſij Longobardorum Regis filia apud Caſinum ſanctimonialis.

Reges, vnus ac viginti varijs temporibus in Caſ.Cœnobio hoſpites.

Richardus Hannibaldus Romanus Abb.Caſin. 58. *&* Card. *prudenter ac religiosè adminiſtrat* 145.

Richerius Cœnobij Leodienſis primùm, deinde Caſ.Abb. 34. *Conrado Imperatori cariſſimus. S Stephani Regis poſtulatu, Monachos in Pannoniam mittit.* 88. *Normannos ab oppidis Monaſterij expellit.*

Richerius 2. *Epiſc.* 3. Card.Caſſ. 71. 159.

Roffredus Abb.Caſ. 51. *&* Cardin. *Henricum Imperatorem cum Coſtantia vxore hoſpitem habuit.* 134. *cum eodem Imperatore proficiſcitur in Germaniam. ibid Traducto in Italiam Henrici exercitu, Tancredum Regem, & alios Regni Neapolitani Dynaſtas, occupatis Cœnobij Caſtris expellit. ibid. Germanenſium Vrbem libertati reſtituit. ibid. de Romana Sede præclarè meretur: hinc à Rom. viciſſim Pontificibus cohoneſtatur. ibid.*

S

Saraceni ex Africa in Italiam effuſi, quàm multis calamitatibus oppreſſerint earum Regionum populos, quos ſui iuris effecere. S. *Bertharium ad aram, alioſq; monachos magno numerò interfecere.*

Saxones poſt Caroli Martelli obitum rebellantes, à Carolo Manno iterum ſuperantur.

Stalionũ nobiliſſima familia ortũ ducit à Normanis Regibus. 203.

Senioretus Abb. Caſin. 45. *Caſtra Monaſterij, armorum præſidio recuperat.* 120. *à Rogerio Rege oppugnatur. ibid.*

Simplicius Abb. *D. Benedicti diſcipulus, eius Regulam latius promulgat.* 28. *Hiſpanis nominatim tantum impertit beneficium. ibidem. Poetica facultate preſtit. ibid.*

Simpli-

Simplicius 2. Abb. Caſ. 127. *liberalis in ſuperuenientes hoſpites Iubilęi anno: de exornando S.P. Benedicti ſepulchro cogitat: ædificiorum magnificentia & Templi ornatu inſignis.* 240.

Stephanus Marſicanus Abb. Caſin. 55. *Vandræ Oppidum recuperat.* 138. *donis ac priuilegijs colitur. ibid.* Cęſar Caietam *eidem cuſtodiendam tradidit. ibid. Religioſi inſtituti cuſtodiæ inuigilat diligenter. ibidem.*

Stephanus 2. Abb. Caſin. 57. *ad Fridericum Imperatorem profectus ab eo benigne ſuſcipitur.* 144. *Sed poſtmodum ab eiuſdem Imperatoris exercitu dura atque acerba ſuſtinet. ibid.*

Stephanus 3. Epiſc. 4. *Abb. Caſin.* 72. *inde ad Epiſcopatū S.* Pontij *translatus eſt.* 160.

T

Terręmotus horribilis totam Campaniam *cōcuſſit, quo totum Cænobium, Templumq; Caſinas concidit Guilielmo Epiſcop. & Abb. ann.* 1347.

Tertullus Romanus eximiæ nobilitatis & copioſiſſ. Placidum filium D. Benedicti offert monaſticis inſtitutis imbuendum. Cęnobium *Caſin. tàm multis auget opibus, vt penè incredibile videatur.*

Theobaldus Abb. 32. *Caſin. renunciatur præſentibus Henrico* 1. *Imp. & Benedicto VIII. Pontif.* 83. *Sede pulſus à* Capuano *Principe ad S. Liberatoris ſe recipit, vbi etiam moritur.* 85.

Theodebertus Grancorum Rex, Floro (quem vnice diligebat) dum à S. Mauro religioſa veſte indueretur, capillum & ipſe totondit, in tricl nio human. tercum S. Mauro, ac Monachis diſcubuit. Cęnobium regia liberalitate opulentauit.

Theodemarus Abb. Caſin. 12. *honorem & cultū in Deiparam auxit Templo illi dicato.* 44. *Caroli Magni rogatu, monaſticum inſtitutū in Gallia misſis eò ſui Cęnobij Patribus, propagauit.* 45.

S. Theodorus D. Benedicti Alumnus Lateranen. Abb. 3. 34.

Theodoſius Abb. Caſin. 48. *& Card. Sapr. adminiſtrat. Peſtilentiæ morbo extinguitur.*

Theo-

Theophilus Lateranen. Abb. 10.

Theophilus Mediolanen. Abb.Caſin. 94. *&* *Præſes totius Congreg. multis à Leone X. ditatur priuilegijs.* 211.

Theſia Rachiſij Regis Longobardorum vxor.

Thomas de Rocca quinquemilliũ,inuitus Caſinatibus præficitur. 151. *Abb.* 60. *ſed ſapientiſſimè gubernat. ibid. Cauit ne qui alterum religioſum ordinem complexus eſſet,inter Caſinates reciperetur.* 152.

Thomas. 2. *Abb.Caſin.* 66. 155.

S.Thomas de Aquino quinquennis Cœnobio Caſinati traditur in diſciplinam, Landulpho eius patruo Abbate. 141. *Quæ rationes probabiliter oſtendunt ipſum, quamdiù noſtrorum conſuetudine vſus eſt, monachi habitum geſtaſſe.*

Thomichis Abb.*Caſin.*10. 42.

V

S. V*Alentinianus S.* P. *Benedicti diſcipulus, ab eodem Lateranenſi domicilio præficitur.* 1. *Abb.* 33. *Ordinem monachorum per omnem Britanniam,& Scotiam propagauit. ibid.*

Victorinus Manſus Auerſanus Abb. 117. *Caſin. iura Monaſterij ſtrenuè defendit.* 228. *Epiſcopus Stabienſis,deinde Arianenſis creatur. ibid. perhonorificum* Clementis *VIII.de ipſo teſtimonium edidit libros aliquos pereruditos.* 229.

Vincentius Neapolitanus Abb. *Caſin. &* Congreg. *Præſes. ſapientia & rerum vſu conſpicuus: magno in honore à* Con*ſaluo magno eſt habitus. Dat operam vt* Ca*ſini ſanctiſsime viuatur. Eius adminiſtratio* Ca*ſinatibns vtiliſsima.* 210.

S.Vitalis Abb. D.Benedicti diſcipulus. 29.

Vrbanus V. Monachus Cluniacenſis, & Abbas S.*Victoris Maſſilienſis,* Ca*ſinum venit.* 160. *Ad ſepulchrum* S.P.*Benedicti religioſimo voto ſe obſtringit. ibid. Quo die Caſini votum vouerat,nec dum* Cardin.*& abſens,*P*ontifex eligitur à Sacro Senatu in Gallia commorante. ibid.* Pont.*Max. &* Abb.*Caſin.*78. *Cœnobium exornat, auget reditus,*

reditus, promouet diſciplinam. ibid. rerum capitalium iuriſdictionem Caſinatibus recuperat. 167. Bartholomeum Senenſem ſibi viuenti legit Abbatiæ moderatorem. ibid. Verſus Lateranenſ. Abb. 6.

Z

Z *Acharias Pontifex in Caſinatis Baſilicæ dedicatione, Corpora* SS. *Benedicti & Scolaſticæ intemerata reperit, & nulla ex parte imminuta Petronace Abbate.*

Zacharias 1. Patauini Cœnobij ſodalis, Abb. Caſin. 80. aliiſq; præterea inſignibus beneficijs eam domum cumulauit.

Zacharias 2. Mutinenſis Abb. *Caſ.* 118. *& Præſes* Congreg. 229.

Zotho Beneuenti Dux Cœnobium Caſ. euertit S. Bonito Abbate *anno Domini 589.*

F I N I S.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Vincentius Paganus Societ. IESV Deput. vidit.

M. Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. Eminentiſſ. Card. Philamarini Theologus. Regiſtr. fol. 1.

59 802

Biblioteca Naz. Napoli

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google